SAlenus vbi. s. in tegni: volēs ꝓsequi de dictis signis distinxit p^{m} genus eoꝝ. s. qõ sūptū est ex disꝑne: siue habitudine capitis in tria: qm̄ aūt sumit a q̄ztitate capitis scꝫ magnitudine z quitate: aut ab ei^{9} figa: aut ab ei^{9} capilli: q̄ꝫ] A. pla a^{a} addiderit vt patuit: pp b hꝛe noticiā b^{9} signi oꝫ de q̄ztitate z figa capitis ꝓtractare. ¶ Sciēdū aūt q̄ q̄ztitas capitis est triplex. vna est nālis mediocris mēsurata z ꝓportionata ceteris ꝓtib^{9} coꝛpis cõmēsuratis exñtib^{9}. Scda aūt capitis q̄ztitas est maioꝛ p̄dicta excedēs ꝓportionē z cõmēsurationē aliaꝝ ꝓtiū coꝛpis. Et 3a est minoꝛ ifra mēsurationē z ꝓportionē alioꝝ mēbꝛoꝝ exñs. ¶ Dñt tñ. q̄ magnitudo z quitas capitis penes duo diuersa attēdit̄: vnū est respectu ꝓtinētie: seu capacitat̄ cranei ei^{9} vt illud dicat̄ magnuꝫ caput qõ magne capacitatis exñs multū cerebꝛū ꝓtineat. Et illud dicat̄ puū qõ puū cõtinet cerebꝛū. 2m est respcū magne vel pue molis capitis. siue alr z meli^{9} respcū multe vel pauce carnis vel cutis supꝛa craneū i circuitu exñtis: z maxie i ptib^{9} añrioꝛib^{9}. ¶ Dixit A. q̄ cā quitatis capitꝭ i creatura ē paucitas māe: siē cā magnitudinis ipsi^{9} est multitudo spmatical'ptite i ptitiõe q̄ capiti ē nāl'. i. ppꝛia z ꝓueniēs. sup. z capit] mediocritatis cā ipsi^{9} māe est q̄ztitas moderata ꝓportionata q̄ztitati aliorū mēbꝛoꝝ. ¶ Figuraꝝ vo capitis vna ē nāl' z plꝛes sūt inales Et nālis qdē figa. dixit G. in 2o. tegni. ē veluti si videas sperā pfectā cereā z vtraq; ꝓte leuit̄ ꝑssam: neēe ē. n. h^{9} tal' formegibbꝛosa ꝑm sperā posterioꝛa fieri z añrioꝛa. Dixit. A. figura capitꝭ ē sperica sic fcā. qꝛ ipsa ē capacissima oium alia rū: z qꝛ ē magis tuta ab extrisecus obuiātib^{9} cuꝫ nõ possit tāgi: nisi i pūcto: nõ tñ fuit cap^{r} for^{e} rotūde pfecte: ꝫ fuit cū rotūditate figa ei^{9} leuit̄ ꝑssa ab vtraq; ꝓte: pp quā cāꝫ ꝑ añrioꝛa z posterioꝛa habuit tumoꝛ ositates q̄sdā: ꝑm vo dextrū z sinistrū habuit planitiē: qõ fuit factū pp vētriculū distictionē cerebri: z pp oꝛtū sensitiuoꝝ ꝓticulariū a ꝓte añrioꝛi: vt magis z meli^{9} distincti ꝓuenirēt. Silr z Aū. colꝫ ꝑ z q̄rto. z cõiter oēs auctoꝛes de ea loq̄ntes p̄dictā figurā assẽrūt capiti eē nāle. Cui^{9} bõe fige cām foꝛe inuit A. pa t̄tij. foꝛtitudinē vtutis iformatiue: z bonitatē māe q̄ obediens reddit̄ opõni ipsi^{9} vtuꝭ. ¶ Figure autē capitꝭ inales ab auctoꝛib^{9} repiunt̄ posite tres: q̄ꝝ due sūt simplices: z vna cõposita. ꝑa g̃ ē vt minuat̄ eminētia coꝛonal' añrioꝛ: z 2a ē vt minuat̄ ps imalis siue posterioꝛ: z t̄tia ē cõposita ex ābab^{9} p̄dictis i q̄. s. vtraq; ps minuit̄. ¶ Dixerūt Locilia. z Mũdin^{9}. q̄ fige inales cerebri: alie sūt mõstruose: z alie nõ mõstruose: z nõ mõstruose sūt tres p̄dcē. Mõstruose vo pñt eē ples: vt q̄ maioꝛ sit distātia a tipoꝛe ad tinpus q̄ꝫ a finciꝑite ad occiput. Aut q̄ caput sit lõgū in sursuꝫ. ¶ Sētilis vo dixꝭ. q̄ ꝑter ocās tres figae inales nõ mõstruosas ab auctoꝛib^{9} positas ē repire alias et nõ mõstruosas: sicut ē figa oblõga multū ab añ i post. Et ego vidi hāc figam i filio mariano Rechi guidõis guazze. Et vt ē figa lõga i supi^{9} be. n. due sūt inales z nõ sūt aliq̄ ō p̄dcis trib^{9} z nõ sē mõstruose cū frequēter repiant̄ z nõ raro. Et ad decl'onē p̄dcoꝝ. dixit Sētil'. q̄ male fige capitis pñt distingui duplr. vno mõ ꝑm q̄ remouēt debitā formā z numerū ꝓmissuraꝝ craneoꝝ: z ꝫ b distixerūt eas auctoꝛes z posuerūt eas eē tres p̄cās. q̄ꝝ vna ē sperica q̄ caruit ꝓssioe lateꝝ: q̄re remouet gibbositatē siue eminētiā añrioꝛē z posterioꝛē z totū caput inseqt̄ rotūdū. Et b ē figa q̄. s. posita ē eē ꝓposita ex ocis duab^{9} simplicib^{9}. Alia figa ē q̄ p̄dit eminētiā añrioꝛē z p̄dit̄ p eā sūt^{a} añrioꝛ coꝛonal'. Et 3a ē q̄ p̄dit eminētiā posterioꝛē: z p̄dit̄ p eā futura laude. ¶ Dixꝭ itaq; de his G. 9o ō iuuamētis mēbꝛoꝝ: tres sē oiuꝫ fige. s. inales. vꝫ. ea q̄ opponit̄ totalr ei q̄ ꝑꝫ nāz se bꝫ qñ ābas qdē p̄diderit eminētias caput: eā q̄ ꝑꝫ occipitū: z eā q̄ ꝑꝫ frontē: eq̄lē āt vñcūq; z velut circa spa: due vo alie b qdē eā q̄ ꝑm solā. b vo eā q ꝑꝫ occipitiū ñ bñꝫ eminētiā. Et deiñ G. oñdit quo vna q̄ꝫ ocāꝝ figuraꝝ malaꝝ tollit debitā futurā. ¶ Das tres inales figae tāgēs. A. seq̄ns G. vocauit rotundā almusafata dato q̄ lra Gerardi exꝭ. nꝫ sinonima nõ exponāt almusafata ꝑ figa rotūda: z vocauit figa q̄ p̄dit vnā eminētiā tñ q̄drata: qꝛ ꝑ remotionez vni^{9} eminētie nõ ē caput vē retūdū: z iõ vocauit q̄dratū. Figurā āt inālē i q̄ eminētia a dextris ad sinistrā ē longioꝛ q̄ꝫ ab añ ad post: G. ibidē negat eo q̄ cū ea nõ staret vita. ¶ 2o mõ dixit Sētil'. pñt distīgui male fige capitis ꝑꝫ q̄ opponũ tur bone fige absolute siue remoueaē aliq̄ futura: siue nõ: z vt sic pñt eē male fige ples p̄dictis: qꝛ ois figa q̄ ipedit figurā bonā z nālē erit figa mala inālis: b aūt ꝑt eē: aut qꝛ caput sit sursuꝫ lõgū: vt in figa q̄ in speculāte i ense polito appet: vl' qꝛ sit añ z post lõgū sic tectū dom^{9}. Et hāc dixꝭ itelligisse A. cū dixꝭ z eminētia extremitatū. Et dicit Sentilis q̄ lra Gerardi exterioꝛ oꝫ b eē: vl' sit mala figa capitꝭ: qꝛ sit añ solū nimis ꝓheminēs vl' solū retro. Et sic in sūma sunt iste male fige 4^{or} a qb^{9} nõ ipedit̄ forma ꝓmissuraꝝ q̄ztū ad numeꝝ eaꝝ. Et dixꝭ. pñt iueniri alie multe fige ptiales inales: vt cū vnū coꝛnu frõtis supeminet altero depsso. ¶ Et dixit q̄. A. inuit q̄ figa inalis ē duplex: vna sp inālis vt almusafata z q̄drata. alia nõ semp inālis: qꝛ nõ tñ inālis: sicut q̄ est eminēs in extrēitatib^{9}: cui si ꝓiūgit̄ bonitas informatiue pōt hꝛe bonitatē. i. minoꝛē malitiā. nā nõ est mala: nisi ex mlta ꝓheminētia occipitij vl' incipitis. Et q̄si ē idē qõ capitis magnitu^{o}: z maxie in lõgitudie. Si g̃ cuꝫ b sit bona foa occipitij z incipitis figm est vtutis foꝛtꝭ: z b declarat̄ p oꝛtoꝝ bonitatē: vt p collū z pecr^{9} a posterioꝛi: z p oc'los z faciē ab añrioꝛi. ¶ Figuraꝝ aūt oium hay ināliū cāz esse aiūt vtutis iformatiue ibecillitatē: aut mãe malitiā q̄ reddit̄ inobediēs opõni ei^{9}: aut vtraq; sil'. ¶ Dis figa inal' remouēs aliquā ꝓmissurā deterioꝛ ē nõ remouēte eā: z iõ q̄drata deterioꝛ ē alijs: ita q̄ et est ōterioꝛ rotūda: in ea. n. soluunt̄. p̄dcē future: ipa tñ rotūda ōterioꝛ ē alijs inālib^{9} q̄ sūt inales solū ꝑ appōnē quā bñt ad figam nālē absolute. ¶ Notāt q̄ caput magm rõne molis semp ē vitupabile: qꝛ ꝫ situ nālē cap ꝑ pōdere inclinare deoꝛsuꝫ facit. Est et rõne sue būditat]. al's. habitudis carnose vehemēter būidū: vñ spūs aiales remollit z turbidos effic: z tardos ad motū: vñ boies taliū capitū hebetes sē sensib^{9} z pigri motib^{9} aialib^{9} alijs in magnitu^{ne} hac silē exñtes: z pueros ꝓportionales. Caput vo puū rõne molis laudat̄: tale. n. caput ōcet hoies in cõpatiõe ad alia aialia cū hēant capite stare erecti iuueni b^{9} q̄ꝫ z pfectis etate ꝓportiõales sūt tales hñtes capita: hñt. n. iuuenes in ꝓpõne ad pueros hāc capitis quitatē. Et enim supioꝛa ꝓportionata inferioꝛib^{9} pueri maioꝛa hñt: iu

De q̄ztitate z cauſis eius.

De figuris z cauſis earuꝫ.

Male figure capitis quibus pñt distingui plucre.

De magnitudine z quitate capitis

uenes vo ecouerso: nec est tale caput supfluis repletu hūidi tatib⁹: q̄re z spūs aiales subtiles luminosos z veloces ad motū reddit: vnde z taliū capitū ozia opones aiales sensi/ tiuas z motiuas bonas hñt. ¶ De hac magnitudine z par uitate loquēs Al. li° 1°. ait caput in q̄ntitate supfluū nēcio est malū sup. puū vo bo^m. Et notāt q caput paruū rone ca pacitatis: z silr magnū ppriū nō p̄bēt iudiciū: nisi cū applicanf ad figiandū sil'cū figura ipsi⁹. ¶ Et notant. q caput bene figuratū bonā obediētiā māe z vtutē informatiuā eē fortē figiat. Et b̄ siue sit paruū: siue magnū. Jōq̄ tā mag^m q̄ paruū caput cū bonitate fig^e ipsius tēperātiā pōt figiā/ re applonis cerebri: z cū malitia fig^e pōt figiare distēperā/ tiā eius. Et b̄ dñt loquēdo de cōplone nāli acqsita ex pnci/ pijs gīationis. Et declarātes de capite quo q possit figiā/ re cōplonē tēpatā. dñt pole eē in p̄n° gīatiōis māz eē pau/ cā bñ tñ dispōsita z bone cōplonis z vtutē informatiuā eē fortē: z tunc caput erit puū bñ figuratū bone z tpate applo/ nis cū ibi nulla sit cā distēperātie ipsi⁹. Et si p̄dcā fuerit p oppo^m. s. q cū paucitate māe sit mala ei⁹ dispō z ineqlitas cōplonis z vtus informatiua debilis: tūc caput erit puum male figuratū distēpate applonis q̄ distēpata applo lz possit esse quecūq applonū distēpatarū simpliciū vel apositaruz: sicut pole est mām ipsi⁹ gīationis paucā ēe cuiuscūq distē perātie: sed tñ plīn erit frida z sicca eo q cōstrictio vel dēfi/ tas q̄ sunt cā puitatis friditatē z siccitatē attestanf a quib⁹ pcedūt: siccitas ēt est cā inextēsionis: z per ons pusificatio nis. Eodē q̄z mō loquēdo de p̄dcā applone nāli declarāt de capite magno: z p eadē cās pōt figiare cōplonē tpatā ce/ rebri: z ēt distēpatā: q̄ applexio si fuerit distēpata pōt esse q̄/ cūq ipsa⁹ simpliū vel cōpositaꝝ: pm plīm tñ applo illa distē pata erit hūida sola: vel iūcta cū caliditate: nā magnitudo mēbroꝝ ex hūiditatis pcedit multitudine cui⁹ facile est re cipe extēsionē. ¶ Dixit Gal: magnū caput si fuerit fcm pp multā z bonā mām z fortitudinē vtutis informatiue illō opantis: tūc est signū bonū figians applonē cerebri tēpatā z bonā ex pncipijs gīationis acqsitaz. Si vo fuerit ppter solā māe multitudinē absq̄ māe q̄litate bona: z absq̄ forti tudine vtutis informatiue nō est signū bonū figians applo nē p̄dictā cerebri distēpatā. Et idē erit iudiciuz de capite p uo: q si fuerit fcm puū ppter solā paucitatē māe: exīte tm bone z tēpate q̄litatis quā informauerit virtus fortis: est sig^m bo^m figians applonē ex pncipijs generatiōis acquisi/ tā tēpatā z bonā. Si vo fuerit ppter paucitatē māe z ma/ le q̄litatis z vtute informatiua debili est signū malū signifi cās p̄dictā applonē distēpatā z malā. ¶ Dix Aue. coll'z. 4°. forma tortuosa. i. innālis figiat malā applonē. Et caput ma gnū vel puū hz ēt figiare b̄. s. iūcta cū tortuosa fig^a: loquē/ do aūt de cōplone nāli cerebri ex tpe acqsita: tunc dñt q ad puitatē rone parue capacitatis capitis sumpta nēcio segf mala applo cal'a. Et q vt sic paruitas capitis nō pōt figiare applonē capitis tēpatā lz semp malā applonē ei⁹ z distēpatā ad cal'm figiat: z rō est: q cerebro exīte puo necessario vē/ triculi cerebri sunt pui: ipsis aūt puis exītib⁹ nō pōt p eos spūs aialis cerebri libere penetrare ampliari z debite euē/ tari: lz in eis coangustaf indebite euētatus: vñ ex indebita euētatiōe z p arcta loca penetratiōe iflāmaf. Et iflāmatus facit necessario acgri malā applonē cal'am i tpe q̄tūcūq ēt radicalis applo ei⁹ ex pncipijs gīatiōis fuerit tēpata vel fri gida: z iuuat ad cal'itatē acgrēdā in spū aiali: q spūs vita/ lis vēiēs ad rethe mirabile: q nēcio i quo capite ē puū pip si⁹ arctas penetrās arterias iflāmaf: z iflāmat⁹ i calidiorē quertit spm aialē. ¶ De hac applone itelligēs Gal. dixit in 2° tegni: puū caput prave cerebri apositiōis. i. applonis vel pōnis quā nēcio mala segf applo ppriū est sig^m. ¶ Et dñt q ad magnitudinē capitis rone mag^e capacitatis supta ne/ cessario segf distēpata applo frida z hūida: z q magnitudo capitis nō pt figiare applonē cerebri tēpatā: lz sp distēpera tam frigidā z humidam: z rō est: q ad magnū caput dicto modo sumptū necessario cōsequtur magnū cerebrū q̄ cum sit nālis cōplonis frigide ratione sue magnitudinis mul/ tū pōt infrigidare: ac etiā exīs magnū multas per viaz in/ digestionis multiplicat superfluitates frigidas crudas: re/ cipitq̄z multos ex corpore vapores: qui ibi ratione frigidi/ tatis sue in aqueā cōuersi nām ipsam nām infrigidāt. igif ad distinguēdū iter figiata magnitudinis z paruitatis ca/ pitis an significēt cōplonē cerebri tēperatā vel distēperatā opz recurrere ad cōsiderationē: sicut z iā dictū est: figure ca pitis: z etiā ortoꝝ ab eo. ¶ De magnitudine autē dixit H. determinandū esse prius a qua causa ipsa magnitudo pro/ cesserit. Magnitudo. n. si bone forme seu figure fuerit sem per bonū est signuz figians tēpantiā cōplonis cerebri. Et similiter si ortа ab eo collū pcipue forte fuerit. s. z grossum z ab alijs ossibus optime dispositū. s. fuerit caput z corp⁹ totū z si neruosum est omne. s. collū caput vel corpus z ple nū z viuidū: nā si sic fuerint tēpatā figiabūt cerebri cōplo/ nē: eo q mām significāt fuisse bene dispositā: z bone quali tatis z vtutē informatiuā fuisse forte in bene z debite regu lādo ipsam multā mām: q̄ minime fecisset sine instrumen/ to cōplonis tēperate. Et per oppositum si figura nō fuerit bona z ortа cerebro nō fuerint fortia: nec magnitudini cor porис corresponderia malū signū malā figians z distēpe/ ratā cerebri cōplonē: q figiant mām multā male dispositā z in obediētē: z vtutis informatiue debilitatē. ¶ Dñt. puū caput applonē figiat ficcā: q mām figiat paucā nō extensi/ bilē. Et si fuerit cū bona figura figiat siccitatē. q cū calita te figiat vtutē fortitudinē. lz si fuerit cū mala figura figiat siccitatē cū frigiditate: q figiat vtutis imbecillitatē. Ma/ gnū vo caput figiat humiditatē. Et si fuerit cū bona figu/ ra figiat cū hūiditate calitatē: z cū mala frigiditatē: z hoc dicūt esse pm plīm. Alij aūt volūt q si fuerit caput magnū vel paruū: dūmō sit bone figure: q significet tēperamētum cōplexionis: ad q̄ sequit fortitudo virtutis quā sequitur bona figuratio z formatio mēbroꝝ. ¶ Dixit Aui. physio nomi dicūt. q hō habēs caput paruū est perfidus z timi/ dus z velocis ire befitās in rebus: z hoc siue habeat bonā figurā: siue malā: tñ habens malā deterior est hō enim par/ ui capitis est mali iudicij z erronei ppter duo: pmo q spi/ ritus in cerebro nō habet bonā cōuersionē pp defectū ven triculoꝝ: z etiā spirituū. 2° q cerebrū paruū nō potest con tēperare caliditatē cordis: quare spiritus vitalis in cōuer/ sione sua: vt fiat aialis calidus remanet z turbidus: vnde errat in iudicio. Et q capitj pui cōplo: vt patuit est siccior tz z seruat ipsas spēs iudicij erroneas: vnde est pfidus: ille enim videf esse perfidus: qui in erroze iudicij perseverat. Et q tales spiritus cerebri: lz sint pauci. sunt tamē calidi: ideo est velocis ire: tñ ppter paucitatē spūum est timidus: z ppter dictas passiones est befitans in reb⁹: q quasi sem per est in bello inter timorem ppter spūum paucitatem: z quādā audaciā impetū: siue incitationē pp spūum calitatē. ¶ Dixit Gentilis. cōsidera q habēs caput lōgū est tardus in iudicādo ppter distātiā ventriculoꝝ.

¶ De signis cōplonis tēperate cerebri. Cap. viij.

Rosequens Ga. signa cōplonū cere bri nāliū per se genera signoꝝ superius positoꝝ incipiēs a signis cō/ plonis tēperate: dix de pmo signo suo pm ordinē distinctiōis eius in ea: vt supra patuit q capitis bona figuratio: siue cū magnitudine fuerit: siue cū paruitate complexionis cerebri significat temperamētuz. Et dixit. de signis sumptis ab ortis a cerebro. Si secūdum occipitium eminentia minor sit alicui q̄z esse debeat secūdū naturam: que pm naturam: vt ipse dixit figurata esse debet figura commissure posterioris que est similis laude: tunc considera z neruos z collum cū alijs ossibus spondiliū. s.

De signis sumptis a dispone capitis.

ꝛ costaꝝ:quibꝰ ꝑm naturā se hñtibus.i.sicut se hñt in capite tēperato:tūc iudica hoc ꝓcessisse ex indigētia:siue paucitate māe ꝛ nō vtutis imbecillitate:ꝛ ideo ꝓp illud noli iudicare de distēperātiā cōplonis cerebri:sed tēperantiā:ꝫ predictis mēbris ineptioribus exñtibus q̄ esse debeāt in capite tēperato iudica infirmū.i.distēperatū eē ꝑn^{m}.s.cerebrū: ꝛ hoc ꝓcessisse ex vtutis imbecillitate:tñ ita est dixit Ha.q in plurib⁹ indigentia māe ꝑm occipitiū exñte sequet imbecillitas dictoꝝ ortoꝝ neruoꝝ.s.colli ꝛ ossium. Et rarum valde est q sequaf oppositū.s.q stante ibi paucitate materie p̄dicta orta sint ꝑm nām capitis tēperati:ꝛ ratio est: qꝛ nuca oritur a parte posteriori cerebri:ꝛ ꝑm quātitatē nuce peruenit quātitas spōdiliū:ꝛ ꝑm q̄titatē spondiliū ꝓuenit q̄titas costarū. Si ergo pars posterior cerebri est parua ꝛ nuca oꝫ esse parua:ꝛ silr neruj orti ab illa parte:sed nuca existente parua spondiles debēt esse pui:ꝛ silr coste:ꝛ ad p uitatē spondiliū sequif paruitas colli:ꝛ ad paruitatē costarū paruitas pectoris:attn qꝛ p̄dicta mēbra nō generantur ex eadē mā:nec ex eiusdē nature cū ea ex qua generaf pars posterior cerebri potest euenire:ꝫ raro ꝓtingat q mā ꝓ cerebro erit pauca ꝛ mā pro illis mēbris erit multa:ꝛ tūc stā te fortitudine virtuti informatiue accidet illa mēbra eē magna:ꝛ sicut se hñt in capite tpato:ꝛ nō attestabūtur in quātitate sua ꝛ figuratiōe suo ꝑn°:nec in ꝓplone siue cōplexiōi. Et dixit H. q si maius fuerit ꝛ grossius debito occipitium eodē modo cōsidera ꝛ iudica per hāc partē:sicut iudicatuꝫ est per totū caput magnū.vꝫ.q si ipsa pars occipitij cū sua magnitudine fuerit bone figure:ꝛ orta ab eo hñt se ꝑm naturā:tūc iudica hoc esse ꝑm fortitudinē informatiue ꝛ attestari supra tēperamētū cerebri. Si vero ecōtrario se habuerint figura eiꝰ ꝛ ipsa ab eo orta iudica ꝓriū ꝛ distēperatuꝫ esse cerebrū. ¶ Dixit Aui. si collū est forte ꝛ grossuꝫ sigñat fortitudinē virtutis cerebri:ꝛ eius exuberantiā.s. māe vel exuberātiā.i.exuberātē ꝛ fortē vtutē informatiuaꝫ:debile vō curtum ꝛ subtile sigñat ē ꝓriū:ꝛ p cōsequēs cōplonē cerebri distēperatā. ¶ Et dixit Ha. q silr sunt determinationes ꝛ ꝓsiderationes ꝛ iudicia de q̄titate magnitudine.s.ꝛ paruitate sincipitꝭ ptis anꝛioris cerebri eminētie:sicut que dicta sunt de posteriori. Nā debemꝰ respicer ad facié ꝛ sensiteria q̄ in ea sunt.ipsoꝝ.n.neruj ab anꝛiori cerebro oriuntur:sicut posteriora a posteriori.mēbra.n.oium tā anꝛiora q̄ posteriora orta a cerebro ꝛ alia ei coadiacētia si habuerint se ꝑm nām ꝛ ꝑm q hīe debēt in capite tpato tpamētū ꝓplonis cerebri sigñant ꝛ eꝰ.debēt.n.ꝑm nām neruj tam motiui q̄ sensitiui esse fortes grossi ꝛ bñ radicati. ¶ Dixit Aui.cū neruj fortes fuerint ꝛ igrossanf.i.grossi sunt ꝛ vie eoꝝ fuerint fortes q̄ in eis create sunt ꝓncipales.i.q neruj in eoꝝ radicib⁹ sint grossi ꝛ fortes sigñant fortitudinē cerebri ꝛ mēbra ēt neruosa pp cōitatē quā hñt cum cerebro silr fortia exñtia ꝛ bñ radicata supra bonā sigñant cerebri dispōnē ꝛ eꝰ. ¶ Dixit H.in 2° tegni in hñtib⁹ cerebrū tpatū eis exñtib⁹ infantib⁹ capilli sunt subruffi.i.flaui.ꝛ pueris frigidis sunt subrubei ꝛ puectis fridis fiūt rubei. Et cā horum coloꝝ est:qm̄ cū mā pili vt suo loco patebit gñef p actionē cali i hūidū i etate infātie ꝓhibef actio caloris ab vstiōe pp excedētē hūiditatē:vñ fiūt flaui:in pueritia vō tā humido vadēte ad diminutionē calm fortius agit:vñ magis declinant ad rubedinē.ꝛ cū ad iuuētutē pueniunt calo acutiori fcō p diminutionē maiorē hūidi agēte in ipsis forti° fiunt rubicūdiores cū q̄dā ꝺclinatiōe ad nigredinē.nā vt suo loco patebit q̄lis est vapor ex q̄ fiūt capilli talis est color eoꝝ. ꝛ iō eo tpe q̄ vapores sunt min⁹ vsti fiūt flaui:ꝛ eo q̄ magl vsti declinat ꝫ illud plus vsus colorē nigrū. Et dixit Hal. capilli eoꝝ sunt q̄dāmō medij crispoꝝ:ꝛ simpliciū.i. plano rū.cā nota fiet cuꝫ loco dicef cā crispitudis ꝛ planitiei capilloꝝ. Et dixꝭ Hal.nō fiūt calui facili⁹:q̄si velit q hūtes cerebrū tpatū sint q̄si medij inter eos q facile fiūt calui ꝛ qui difficulter.nā facilitas gñonis caluitiei fit pp fupfluitatem siccitatis:ꝛ difficultas vel nō caluities pp supfluitates hūiditatis.sic ergo in tpatis medio mō se hēbit dispō ad caluitiē. ¶ Dixꝭ Aue.collꝫ.4° q hoꝝ capilli nō oio extensi seu plani sunt vel tortuosi vel crispi albi vel nigri. ¶ Dixit.A. capillos hñt a pueritia glaucos ꝛ in adolescentia igneos ꝛ rubeos ad rubedinē declinātes circa cōplemētū creatiōis ꝛ augmēti in pfecta iuuētute hūt capillū ad nigredinē declinātē. ¶ Aꝝ.in physonoia laudat dicēs. Niger capillus inuit rectitudinē ꝛ amorē iustitie. Et ipsos capillos dixꝭ.A. hñt medios in crispitudine ꝛ planitie:ꝛ ipsoꝝ ortus ꝛ tps nascēdi totū est in sua hora. Et ipsoꝝ canities nō est festina neq; tarda ab hora nāli:ꝛ caluitiū nō cito eis aduenit. Et h̄ de p̄ fig°. ¶ De 2° aūt fig°. Ha.in tegni nō fuit locut⁹ :qꝛ derelinqt notū:de ipso tñ dixit Aue.vbi.s.q in hūte cerebrū tpatum sensus sunt clari ꝛ boni.dicūt.n.q exteriorum sensuuꝫ fortiº ꝛ bonitas tpamētū cerebri sigñant. ¶ De 3° ēt fig° pp dcāꝫ cām H.nō tetigit.de eo.dixꝭ Aue. q sunt mediocres iter pigritiā ꝛ velocitatē.s.ad motū.hñt tñ.q iparū vtutū motiuaꝝ opōnuꝫ fortitudo sigñat tpamētū ꝓplonis cerebri:sicut ipsaꝝ ꝛ sensuuꝫ exteriorū debilitas sigñat distēpamētū. ¶ De 4° aūt fig°.dixit. H.in tegni q facilis intellect⁹ subtilis sube cerebri est cognitio.i.sigñat subaꝫ cerebri clarā sincerā ꝛ puiaꝫ ad silitudinē aeris subtilis ꝛ clari. Sꝫ tarditas intellectus est cognitio sube pigriorꝭ cerebri.i.sigñat subaꝫ cerebri grossaꝫ ꝛ turbidā. ¶ De h̄ fig°. dixit Aui.fortitudo meditatiōis ꝛ pscrutationis.i.fortitudo actuū intellect⁹ q sunt duo:q̄ꝝ vn⁹ est simpliciū apphēsio:ꝛ oꝫ meditatio:ꝛ alius est illoꝝ simpliciū apphēsoꝝ ꝓpō ꝛ diuisio:ꝛ vocaf pscrutatio sigñat fortitudinē ꝓplonis cerebri oio.i.pfectā vel oio.i.totius cerebri:qꝛ q̄ꝫ intellectus pñsistat in medio vētriculo cerebri:tñ qꝛ ad bonitatem eiꝰ reqrif bonitas aliaꝝ vtutū alioꝝ vētrioloꝝ cerebri:iō bonitas itellect⁹ bōitatē toti⁹ ꝓplonis cerebri sigñt: q̄ꝫ ꝓncipalr vētriculi medij:vel oio.i.oium nāꝝ cerebri:ꝓplonis.s.ꝓpōnis ꝛ vnitatis. ¶ Dixit Hal.in 2°° p̄ditꝰ vbi H. facilitas itellect⁹ cū sit eiꝰ opō pfecta sigñat ꝓplonē cerebri tpatā.qꝛ pfecta opō nō niſi a ꝓplone tpata ꝓuenit.dñt qdā q p intellectū intellexerūt vtutē cogitatiuā siue extimatiuā ꝑm Aui. ¶ De fig° vo supto ab intellectu ꝓprie supto pro vtute rōnali.dñt q ipsi⁹ bonitas vel malitia nō �exꝫ imediate sigñare sup ꝓplexionē cerebri:cū opō intellect⁹ nō fiat in organo cū sit vt⁹ abstracta:vt vult Aꝝ.ꝫ° de aīa:ꝛ est eius opō distincta ab opōib⁹ aliaꝝ vtutū aialiū sēsitiuaꝝ.ꝛ p ons sup nullā ptē cerebri imediate ꝫ sigñare. Et ita vult Aui. 6° de nālib⁹. Et vt sic dixit.p^{a} p^{i} ca° de vtutib⁹ aialib⁹. in fine. Medicus nō ꝫ se ipedire de opōne intellect⁹. Mediate tñ pt sigñare:ꝛ vt sic h̄ mō intellect⁹ bonitas vel malitia sigñat sup bonitatē vel malitiā sensuū:cū ois cognitio intellectiua dependeat a cognitiōe sensitiua bonitas aūt vl malitia sensuū sigñat bonitatē vel malitiā cōplonis cerebri vt patuit.ergo bonitas vel malitia intellectus sigñabit mediate sup bonitate vel malitia ꝓplonis cerebri:dñt q facilitas intellect⁹ cogitatiue siue extimatiue vtutis est velox inuentio mediꝭ in discursu p intētiōes pticulariū.x. p̄dicamētoꝝ. ¶ Et dixit H. facilitas discēdi est cognitio sube cerebri mollis.i.hūide.sigñat.n.hūiditatē anꝛioris vētriculi cerebri:facilitas aūt discēdi seqf facilē ꝛ bonā ꝓphēsionē spēc. bōa aūt ꝓphensio ꝛ facilis eaꝝ est effect⁹ vtutis imaginatiue:ꝛ sensus cōis:q̄ꝝ sedes:vt.s. patuit est anꝛior vētriculus cerebri.ꝛ sigñt iō hūiditatē ipsi⁹ vētriculi.ab hūiditate.n.procedit bona facilis ꝓphēsio. ¶ Dñt qda q H.p hāc hūiditatē intellexerit ei⁹ tpatā ꝓplonē q̄ est hūida absolute:ꝫ sit ipsi vētriculo tpata. Dixit aūt H.sic:qꝛ anꝛior ps cerebri est humidior aliꝭ. ¶ Dixit Aui. fortitudo imaginatiōis ꝛ formationis.i.opōnis sensus cōis ꝛ fantasie q̄ oꝫ vtus formalis iuuat ad sigñandū anꝛioris cerebri sanitatem ꝛ tēperantiā.

De sigñ sumptis a capillis.

De figñ sūptis opatiob⁹ sen extrinsecorum.

De figñ sūptis opōnib⁹ motiuis.

De figñ sūptis opationibus sensuum interiorum.

De figñ sūptis opōnibus naturalibus cerebri.

De figñ sūptis exterīs occurrentibus.

Quidā

Quidā tñ alij oñt Hal'.p supradictā hūiditatē itellexisse humiditatē remissam. vt.v.g.qlis esset hūiditas corpis sani simplr vt mltū vel neutri simplr:nā talis hūiditas ē q facit ad facilitatem comphensionis z per consequens ad facilitatem discēdi:nō aūt humiditatem excessiuā qualis ē corpis sani nūc siue egri simplr:nā talis hūiditas nō fac ad bonitatē cōphēsionis:dato.n.q bo[a] impressio fiat i hūido:tñ cū humidū ē excessiuū destruit actū ēt sue vtutj:vt pz de cera multū liqda:i q ñ recipit impssio sigilli:z processo q i multū hūida ſba recipet impssio:illa tñ impressio siue receptio eēt idebita indeterminata.z inproportioata vtuti.cū ēt supflua hūiditas sensus obtūdat:z sic facilitatē discēdi: impediat. ¶ Et dixit Hal.difficultas discēdi ē figūatio ſbe dure.i.sicce cerebri.s. añrioris p op[m] z ad hūiditatē dictā intelligēdo siccitatem. ¶ Et dix Hal.memoria ē cognitio ſbe pmanētis.i. sicce cerebri.s.posterioris itelligēdo ꝫ qdā p hāc pmanētiā ꝓpl'one tpatā posterioris cēbri:qō ē sedes mēorie:qō absolute ē siccū lz sibi ipsa siccitas sit tpamētū:vel ꝑm alios intellndo siccitatē remissaz nō excedētē cū excedēs ōstruat actū ēt sue ꝓpe vtutj cū ñ facil'fiat i ea impressio:z processo q fieret nō eēt debita z ꝓportioata vtuti memoratiue.nō.n.segt.bo[a] retētio fit in sicco:vñ z bo[a] fit rememoratio.q cū melior retētio fiat i magis sicco melior fiet i eo rememoratio:q illa maior siccitas nō eēt vtuti ꝓportionata:lz poti[9] ipti[9] act[9] destructiua. ¶ Et dix Hal.eē mobile i opionib[9] ē sig[m] ꝓpl'onis cerebri calidi:q mobilitas opionis figūat facilitatē mot[9] spirituū i cēbro:nō fiat variatio opionum nisi ex veloci motu spē q̄ motiōis velocitas ꝓcedit ex veloci motu spūum: cui[9] velocis mot[9] cā ē calitas.pmanē āt firmū i opionibus sig[m] ē ꝓpl'onis fride pp ꝓriā cāz:z notāt q hūtes tpamētū cerebri sūt tpati isōno z vigilia:vt dix Auer.coll'z 4°. ¶ De 5° āt sig° qō ē sūptū a vtute vel vitio opōnū nāliū ꝓsequēs Ha.iuxta id qō dix.p de vtutib[9] nālib[9].s.q nāliū vtutum act[9] nō seipsis:lz pp aliqō ab eis fcm:seu i qō agūt qō ē nutrimēti supfluitas nobis inotescūt:dix.ponēs sig[m] sūptū a supfluitatib[9] q si cēbr eucratum fuerit ꝑm q̄tuor q̄litates hēbit moderate supfluitates quecūq p palatū aūt nares vl' aures.sup.aut oculos purgant. ¶ Dix Auer. 4° coll'z qñ supfluitates q̄ ex cerebro egrediunt sunt tpate in q̄titate z q̄litate figūant tpantiā ei[9].tūc aūt sunt moderate ipse supfluitates cū sunt pauce z ꝓueniēter digeste. Dixit. A. q tale cerebrū ē cōmēsuratū in eo qō ab eo expellit z ipsi[9] retētione. ¶ Et ponēs 6[m] z vlti[m] signū Hal.sūptū ab extrinsecus occurrētib[9] dixit:q cerebrū tēpatū mie ledit cōpatū ad oia q̄cūq extrinsecus calefaciūt ifridāt siccāt vl' humectāt i cōparatiōe ad qōcūq cerebrū distēperatū. Dūt ꝫ dcm vtitatē hꝫe sumēdo ly q̄cūq.collectiue nō distrubutiue.nā distributiue sumēdo nō hz vtitatē.nā aliqō cerebrū distēpatū pl[9] resistit qbusdā causis alterātib[9] z min[9] ledit ab eis cerebro tēperato. Calius.n.pap cerebrū plus resistit fridis alterātibus q̄ tpatū. Silr āt est z in alijs q̄litatib[9]. ¶ Dixit Auic. cerebrū tpatū forte ē ad resistēdū accūtib[9] ipedimētū affertib[9]. ¶ Et sūmarie de dictj signis dix. H. si cēbr eucratū fuerit ꝑm q̄tuor q̄litates hēbit cū mō.i.cū tēpamēto oia q dcā sunt:p xificatiōe qz dictaꝝ figūationū dix Ha.q oia signa dcā debēt audirī z itelligi i corpib[9] habitātib[9] i regione tpata z max[e] ea q sumūt a vtute z vitio opōnū. Et ꝫ iō q: variant variatiōe regionū vt appet.in calis.n. regiōib[9] sūt hoies magis furiosi z plēs exalatiōes multiplicant in eis z ex[9]. Nō tñ intelligas ex dictis vbis Hal.q oimode p dicta sig[a] nō verificent in oib[9] regiōib[9]: sed intellige q in distēperatj nō vificāt nisi cū discursu.sic.v.g.cū intellexero capillos eē talis colōris in corpe tēpato in aere tpato sciaz cui[9] colōris debeāt eē in aere distēpato ꝑm imutationē mouētē a q̄litate regiōis:tunc discursus rōnalis arguet sic.qñ capilli sunt mutati in regiōe distēperata ab eo qō debent esse in aere tēperato:quātū mutari debēt a q̄litate illi[9] regionis distēperate figūant sup cōplone temperata:sed qñ mutant plus vel minus q̄ debeāt figūant sup ꝓplone distēperata. Et subdit Hal.ad vificationē signoꝝ supradictoꝝ ex capillis sumptoꝝ nō solū annotare opz regiōes tpatas:sed q sint corpa cū būoꝝ tēperātia.s.q nō habeāt būores superfluos neq in quāto nec i q̄li:z ꝫ iō:q ꝑm diuersitatē būoꝝ corpis in q̄titate z q̄litate eoꝝ accidit variari capillos i colore z in multitudine z paucitate eoꝝ z in ipsoꝝ crispitudine z planitie. ¶ Dixit Aui.p[a] tertij.ca° de signis sūptis ex pte mēsure capitis.q sig[m] cerebri tēperati z fortis ē vt nō patiat ex vaporib[9] vini.s.puri z vaporosi cum bibit ex eo q̄titas q euaporet ad cerebrū.z nō patiat ab alijs vaporosis vt ceruisia acruminib[9] legumīnib[9] fructib[9] z alijs vaporosis:z nō patiat ēt alia accūtia q̄ pateret siue pati posset cēbr nō bo[m] nec forte:ſbtilitate.s.vini z calitate ei[9].al's. z debilitate.s.quā facit vinū.bis.n.trib[9] modis vinū ledit cēbr:lz vt addat mēs ei[9].i.sensus iteriores z exteriores a potu vini.acuit nāq multotiēs eis potu sensus z intell's. ¶ De q̄busdā gūalib[9] premittēdis ad cognitionē cōplonuz distēperatarum cerebri. Cap.ix.

Auicenna p[a] tertij posuit q̄dā auēte Ha. q reperiunt 2° tegni:z 3° ō interioꝝib[9] q̄ pueniūt supra cerebrū ex actione vniuscuiusq̄ q̄tuor q̄litatū pmaxe:posuit etiaz q̄dā ex sciētia sua. ¶ Dixit aūt p visum ē Hal. q caliditas in cerebro dñans gūet rōnis pmixtionē z alienationē:qō facit pp pturbationē z motū quē facit in spiritu z multā euaporationē:q̄pp qō est rectū iudicat nō rectū vel ecōuerso.ꝫ tñ inuenit vna lra q dicit.z stoliditatē. q̄ est operatio diminuta vtutj cogitatiue. Et pōt xificari sic.naz calm monēdo spm:vt nō figat in actu iudicij pōt esse cā diminutionis actus cogitatiue:sicut pōt diminui actus visibilis:q visibile subito recedit ab aspectu:z q̄tū ad istā cām dcm est a pho:q in sedēdo z quiescēdo fit aia hois prudens z sapiēs:pōt ēt calitas esse cā diminutionis actus cogitatiue:cū esse multū excessiua debilitās vtutē multū resoluēdo de spū. ¶ Dixit Aui.p dictis nos addimus subitationē motuū.s.z iudicioꝝ z acuitatē casus initioꝝ.i.eoꝝ q̄ ꝓposuit vel iā facere inchoauit:z velocitatē pmutationis volūtatū. Hñs.n.calm cerebrū:nūc determinat ire ad vnū locū:z statim postq̄ incepit ire cadit ab initio determinationis sue z pmutat volūtatē resiliēs a ꝓposito z vadit ad aliū locū. Et post itez pmutat se ab illo z tendit vel declinat ad aliū vel determinat aliud fiēdum esse. ¶ Et dixit Auicē. visum est Hal.q frigiditas gūat stoliditatē z qtē motus.nā frigiditas est debilitare vtutē z imobilitare.sed dixit Aui.nos addimus tarditatē intell's.s.z cogitatiue siue extimatiue z excusationē cogitationis z pigritiā.s.ad cognoscēdū:hūtes.n. cerebrū frm nō laborāt vt cogitēt:immo suadēt sibi ipsis ñ esse cogitandū.z sic excusant se a cognitione z cogitatione. ¶ Et dixit Auic. visū est Hal.q siccitas facit vigilias.z q ipsam figūant vigilie. Sed ad figūandū siccitatē p vigilias. dixit Aui.nos addimus hāc ꝓditionē.s.q nō sit vigilia ab hūiditatibus nitrosis:z q nō sit cū grauitate capitj:z non sit cū assiduatione eūonis supfluitatū:z q nō hēat patiens reliqs figūones hūiditatis.nā humiditas salsa nitrosa teste Hal.facit insōneitatē sic pz in senib[9]. Dicunt q̄dā q lz vigilia aliqñ fuerit a mā salsa:tñ figūat siccitatē:q mā salsa inquātū exiccat intrñ iducit vigilias tñ q nō figūat siccitatē exclusiuā hūiditatū būoraliū:imo cū eis stat siue pōt stare mā būoralis repletiua:lz ipsa mā vtualr sit siue esse possit sicca.iō Aui.dixit q vigilie nō figūant siccitatē.s.māeꝝ humoraliū exclusiuā nisi sint alie ꝓditiōes dcē. ¶ Et dix Aui. q hūiditas facit sōnū pfundū:sed ad ꝫ figūandū dixit ipse statue in aia tua ꝓsideratione p dictā.s.statue:q nō seqt est in mēbro hūiditas.q̄ erit sōnus pfundus:q posset hūiditas eē nitrosa z facere vigilias:sed ꝓditionibus infra dicēdis

De signis sūptis ab opōnibus naturalibus cerebri.

De signis sūptis ab extrinsecus occurrentibus.

in cap̃ de subeth'assistentibus signãt somnũ ꝓfundũ. ¶ Et ad discernẽdũ malã cõplonẽ malẽ. ab imãli dixit Auic. visum est Hal. ꝙ signum ad ostẽdẽdũ ꝙ cõplo est dñans sine mã est ꝓuatio fluxus supfluitatũ cum signationibus male cõplonis. Et signum ꝙ sit dñans cũ mã est fluxus supfluitatum: ꝛ hoc dictũ dixit Auic. est verũ ꝓditionatũ sic ꝙ qñ non adest fluxus superfluitatũ fiat perscrutatio ꝙ in membro nõ sit opilo neq; debilitas vtutis expulsiue. nã si sic nõ fuerit tũc erit sicut dixit Hal. si autẽ sit cum ꝓuatione fluxus superfluitatũ opilatio aut debilitas expulsiue tũc esset mala cõplo cũ mã dato ꝙ non esset fluxus superfluitatum.

¶ De signis cõplonũ cerebri distẽperatarũ simpliciũ. Ca. x.

Signa cerebri calidoꝛis tpato reperiuntur descripta nouẽ. ¶ Qñ ẽ dixit Hal. in tegni. Rubicũdiora ꝛ calidora sunt oĩa que cũq; circa caput. de q̃ signo dixit Auic. signiant ipsam tactus. s. calitas ꝛ rubedo coloris. Dñt nõ facit ꝟ cerebrũ ꝙ se q̃tũcũq; sit calidus tẽperato: q; quãtũcũq; sit cal'm est frigidius cute: sed ꝟ facit ꝙ accñs: inquãtũ. s. calitas influẽs ad ipm ꝛ circũstãtia ei nõ tm̃ remittit a cerebro calo q̃tũ a tpato. vñ totũ caput reddit tẽperato calidus tãgẽti ipz. Reddit aũt ꝛ rubicũdi? q; rubeus color fit ex pmixtione sanguinis ꝛ caloris cũ ptibus cutis. Sed plus de sanguine ꝛ calore pmiscet cũ ptib? cutis capitis eo exñte calo q̃ tpato. Est aũt ꝟ signũ a colore rubeo sũptũ a calib?: sumptũ vo a calore secũdũ ꝙ põt dici sumptũ a calibus inquãtũ ipsa calitas mõ ocõ põt dici cadẽs a cerebro ad mẽbra circũstãtia. ſz ꝑm ꝙ põt dici sũptũ a substantialr inherẽtib?: inquãtũ sumit ã calitate cõplonali ocãꝭ ptiuz. Nã id qõ tactui repñtat ẽ totũ aggregatũ ex calitate innata ꝛ ifluẽti. ¶ 2m sigm dixit Hal. ꝙ q̃ in oculis vene sensibiles sũt. apparẽt. n. visui cũ sint maiores ꝛ latiores. de q̃ sigo dixit. A. appitio venaꝭ oculoꝭ. Dñt. nõ ẽ ꝑ se cẽbꝭ cã latitudinis ꝛ maioritaꝫ venaꝭ ocloꝭ cũ vene nõ oriant ab eo: ſz ꝑ accñs. s. inquãtũ nõ tm̃ ꝓstringunt in oculis ortis a cerebro ab eis friditate cerebro exñte calo q̃tũ cõstringuntur eo existente tẽperato. Et dñt. Xificari ꝟ signum ẽpe existente calo vel tẽperato. Nã si epar eẽt frm̃ nõ appareret vene i oculis: eo ꝙ in eaꝭ origine eẽnt pue ꝛ g̃ciles: ꝟ aũt sigm ꝑt dici cadere a cẽbro. ¶ 3m sigm dixit Hal. capilli his citi? in capite nascũt. ꝛ si qdẽ multũ fuerit cerebrũ cal'm fiũt capilli nigri fortes ꝛ crispi: ſz si nõ multũ fuerit cal'm fiũt subrubei ꝑm. deinde ꝓcessu etatũ nigrescũt. ꝛ veniẽtib? etatibus calui fiũt: ꝛ magis plm cal'i cẽbri. Dix Auer. collz 4o. capilli nigri signiant sup aduſtionẽ: q; igneitas hz albũ denigrare: ꝛ q; cito oriunt signiant calitatẽ. Dix. A. velocitas ortus capilloꝭ i ꝑno natiuitaꝫ aut i vẽtre. s. mris añ natiuitatez. Et nigredo ipsoꝭ i ꝑno ꝛ denigratio p? glaucedinẽ velor. ꝛ crispitudo ipsoꝭ ꝛ silia. i. siles dispones capilloꝭ q̃ consequũt excessũ caloris vt q̃ sint fortes ꝛ aspi: ꝛ cito adueniat eis caluitiũ. Dix̃ Hal. i 2o dicti vbi Ga. ꝙ capillos debem? itelligẽ ẽt alios pilos ptiũ facie: vt barbe ꝛ supcilioꝭ. Et dix̃ se vidisse quẽdã natũ sine pilis ꝛ supcilijs. Et tm̃ post natiuitatẽ ei? cito nati fuerũt: cã aũt oĩum ꝓdictaꝭ nota erit i tractatu de decora. Est ãt ꝟ sigm sũptũ ab exeũte mutato: q; mã capilloꝭ vna ẽ ꝺ supfluitatib? cẽbri q̃ expellit ad extra. ¶ 4m sigm dix̃ Ga. supfluitates q̃ ꝑz palatũ ꝛ os nares oculos ꝛ aures egrediũt i eis pauce sũt qñ irrepꝛhẽsibiliꝛ sani st̃. s. obꝛuãtes ꝺbitũ regimẽ i sex reb? nõ nãlib?: ꝛ maxie qñ lapsus ẽ pu?: sed qñ negligẽtes sũt in obꝛuãdo regimẽ ꝺbitũ supfluitates in eis sũt plme: ſz tm̃ nõ sunt indigeste. Dixit Auic. signiant illud ꝺcoctio supfluitatũ effusaꝭ ꝛ expulsarũ ꝛ eq̃litas eaꝭ in ſba cũ cõpatiõe ad alia. s. cplones cẽbri distẽperatas. Notãt ꝙ ſz de se multiplicent supfluitates in cerebro calo plẽs q̃ in tẽperato pp digonẽ ipsi? eẽ debiliorẽ tm̃ q; ei? calm plus resoluit vapores ꝛ ꝓsumit supfluitates accidit eas in ipso pauciores repiri q̃ in tpato. ¶ De supfluitatib? tm̃ auriũ q̃ caliores sũt: vr̃ dubiũ an sint in calido pauciores an plẽs pp calm multiplicãs colam. Rñdẽt qdã ꝙ ſz ꝟ non minuant tm̃ ꝺom est supfluitates cẽbri absolute diminui: q; multo magis ꝺiminuunt flãtice ꝛ melice q̃z augeant colice. Quidã vo ꝺicũt ẽt colicas minui ex eo ꝙ quã tũcũq; ad cẽbrũ nutriẽdũ calm vadit cũ sanguine pauca colera. neq; ipsa in cẽbro gñatur. q̃pp plus põt calitas cerebri in ꝓsũptiõe illi? ptis q̃z sit illud q̃ plus indiget de colera q̃z tẽpatũ. Et notãt ꝙ Hal. nõ intelligit ꝙ supfluitates in cerebro calo sint magis digeste digõne ẋa ꝛ ꝑpa q̃z i tẽperato: sed intelligit ꝙ nõ sint sic crude: sic i cerebro fridoꝛimo sunt magis subtiliate ꝛ magis dispoſte ad digõnẽ verã capiẽdũ q̃z in cerebro frido. ¶ 5m sigm dixit Hal. caput his repleꝭ ex calefaciẽtibus cibis ꝛ potib?: ꝙ si calitas cerebri fuerit ꝓiucta cũ humiditate multo magis replebũtur ipsoꝭ capita q̃z si calida fuerit solũ ꝛ nõ humida. Cito. n. replent eoꝭ capita. dixit Al. ꝛ grauant. dixit Auic. signiant ipsam velocitas repletionis capitis ꝛ ipsi? grauitas q̃ seqtur ad ipsi? repletionẽ. Notãt ꝙ ex dictis cibis ꝛ potib? multe surgũt euaporatiões ad caput: ad quaꝭ ascẽsionẽ iuuat calitas cerebri attrahẽs. Et dicũt ꝙ ẽt in cõibus humiditatib? repletis ẽt absq; cibis ꝛ potib? calitate cerebri attrahẽte ipsas ad se sequit capitis repletio. In cerebro autẽ calo ꝛ hũido magis ingrossant ꝛ multiplicant vapores ꝛ minus resoluuntur: vñ maxime tale repleꝭ caput. ¶ 6m sigm dixit Hal. ledunt odoribus calis ꝛ extrinsecis alterãtibus calis: ꝛ maxime ab aere calido. Idẽ Al. ꝛ Auic. dix̃ ꝛ lesio eoꝭ ab odoribus calis: ois nãq; discrasia immoderata ledit a sibi silib? in forma: auctis tm̃ in gradu. ¶ 7m sigm dixit Hal. habentibus cerebrũ calidũ fiũt sõni breues: ꝛ nõ ꝓfundi respectu tpatis cerebri. Alm̃. dixit. ꝙ sõnus eoꝭ puus est. Et Aue. dixit. vigilie ꝛ leuitas sõni. dixit Auic. paucitas vsus sõni cuz leuitate ei?: paꝭ. n. dormiũt ꝛ nõ ꝓfunde: q; tpamẽtũ supponit in hũido ꝛ sicco ꝛ calidũ excedens ꝓsũptiuũ q̃re minuunt vapores humidi mulcebres q̃ sunt cã sõni ꝛ ꝓfundationis eius. ¶ 8m sigm. dixit Auic. est acuitas oculoꝭ. i. ipsorũ mobilitas pp caliditatẽ. ¶ 9m sigm dixit Auic. est cũ velocitate pmutationis eius in cõsilijs ꝛ volũtatibus. velociter eni pmutãt iudicia sicut faciũt infantes. dixit Al. in cogitationibus sunt veloces instabiles ꝛ multe mutationis. supflue ẽt sunt acuti ꝛ veloces in operationibus aialibus ꝛ de hoc nono signo satis apparuit supra per Hal.

¶ Dicũt qdã. hõ bñs cerebrũ calidũ est sollicitus ingetus ꝛ instabilis audax loquax: ꝛ nõ sõnolẽtus. ¶ Cerebri vo frigidioris tẽperato signa descripta reperiũtur octo. ¶ Et ꝑmũ est dixit Hal. in tegni. supflua plima sunt ꝑm ꝓprias effluſiones. i. ꝑm determinata loca qbus a cerebro expelluntur vt os aures nares ꝛ oculos: maxie tm̃ effusio ꝓpe ꝛ determinate mãe q̃ tali discrasie appropriat. s. mãe flãtice multiplicat. multiplicat. n. in tali cerebro mã flãtica ꝑ viã indigõnis: qm̃ nutrimẽtũ vadẽs ad cerebrũ est flãticũ: ꝛ vt? ei? digestiua debilis q̃ nõ põt multũ flãticũ nutrimẽtũ bñ digerere. In cerebro ẽt fridiore vapores ad ipm ascẽdẽtes i aq̃am facile ꝙuertunt nam. Dixit Hal. in cõmẽto vbi hui?: ꝙ sicut ẽ de vaporib? ascẽdẽtibus ex aq̃ balnei ad parietes ꝛ tectũ ei? ꝙ vaporib? illi in parietib? ꝛ tecto balnei ꝙuertũtur in aquã sic est de vaporib? ascẽdẽtib? ex toto corꝑe ad cerebrũ ꝛ maxime fridũ ꝙ ꝙuertunt in aqueã hũiditatez. Assignãt aũt ꝺuas cãs ꝙuersiõis vapoꝭ balnei i aquã: vna est friditas lapidũ exñtiũ in tecto balnei q̃ ſz sint cal'i accñtalr: essentialr tm̃ sunt frigidi. 2a est: q; ſz in illo vapore sint calitas ꝛ leuitas accñtales q̃ sunt cã eleuatiõis eius in altũ. Nihilominus in eo sunt friditas ꝛ grauitas eẽntiales. Cũ ꝙ vapor ille ascẽdit q̃tũ potuit nõ ampli? hz motũ a calitate ꝛ leuitate: ſz post ꝓtinue tẽdit vsus actionẽ suã nãle: q̃ ꝑcedit a friditate remissa ei? ꝛ grauitate: vñ in aquã conuersus inferius descẽdit. Silr vapores ad cerebrũ ascendẽtes

frigiditate cerebri simul cū nālitate ipsoꝝ ꝓuertūt in hūiditatē aqueā. De ♓ p̄ signo. dixit. A. pa tertij sigñat ipsum augm eūonis supfluitatū: ꝫ q ex ꝓditione supra dcm est. s. q nō sit ibi opilo neq; debilitas expulsiue. ☌ 2m sigm est dixit Hal. capilli sunt recti. i. plani nō crispi. Nō. n. accidit tor tuositas in eis cū nō fiat ꝓsumptio humiditatis ipsoꝝ in cerebro frigido. possent tñ lz raro ꝓtingat fieri capilli in eo crispi nō ex friditate: sed ex porꝝ cutis capitis tortuositate. Et sunt dixit Hal. ruffi. nō tñ in q̄cūq; etate. sed in iuuentute: in pueritia. n. sunt flaui ⁊ in adolescētia subruffi: ⁊ pp ꝓstrictos esse poros cutis sunt manētes: q; nati non facile ꝺcidūt: ⁊ sūt post multū tps a p̄n° natiuitatis nascētes. Nō eni cito nascunt cū sit in etate illa in eis calitas diminuta cū hūiditate supflua: vñ pua fit effumatio apto p mā pili. Et si qua fit effumatio in alias ꝓuertit supfluitates: in pcessu tñ fcā calitate potētiori nascūt: sed sūt subtiles p̄m. i. a p̄n° ortus eoꝝ pp puā mām eoꝝ: ⁊ strictura poroꝝ: sed postea in pcessu multiplicātur: ⁊ aliq̄lr i grossant. Dix al. capilli capitij ei⁹ leues sūt ⁊ paꝝ nigri. Et Aue. dixit capilli albi signant mām crudā i digestā ⁊ q tarde oriūt signant friditatē. Dix. A. capilloꝝ planities ⁊ paucitas nigredis eoꝝ ⁊ velocitas canitiei. ☌ 3m sigm dix Ha. facile i fridis cās ledūt: ita q ēt leuj friditas capitib⁹ eoꝝ aduenies ledit eos pp imoderatā discrasiā ledi a tibi sili. Dix al. discoopire caput nocet eis. De ♓ signo dix. A. sigñat ipm velocitas patiendi a nocumētis. s. a reb⁹ fridis. Et pp hāc cām dix Hal. q ꝫ illud tps lesiōis catarris ⁊ corizis ꝓsumūt: q; tūc i eis multi catarri ⁊ corize multiplicāt ⁊ reumatismi p via indigōnis ⁊ exp̄ssiōis facte a frido. Vñ Al. cito catarrū patiēs est. Et Aui. dix multitudo reumatismi ⁊ accētiū corize accidit eis maxie post cām infridantē ledētē eos. ☌ 4m sigm Dix Ha. tāgētib⁹ nō calā q̄ circa caput appent: neq; ispciūt rubea. Et ♓ pp̄rias cās his q̄ dcā sūt i cereo calo: imo coloꝝ eorū tēdit ad albedinē pp coloꝝ albū p̄dñantē in cute ex nā eius ingītū mēboꝝ spmaticū ē. ☌ 5m sigm dixit Hal. oculoꝝ vene sunt inuisibiles coangustate ⁊ cōstricte a friditate cerebri. Dixit Aui. occultatio venaꝝ in oculis. ☌ 6m sigm dixit Ha. somnolētiores quodāmodo sūt. s. hūtib⁹ cerebrū tpatū: nō aūt hūtib⁹ fridū ⁊ hūidū. Al. dixit. q sōnolētus ē ⁊ palpebre ei⁹ tarde mouent. Dixit Aui. adest multitudo somni: imo ē forma silis est forme dormiētis ⁊ tardus est palpebrarū ipsoꝝ motus. ☌ 7m sigm dixit Al. est ebes ⁊ tardi intellectus. ☌ 8m sigm dixit Aui cē. est stabilitas ſm volūtates. Nō. n. fit iudicioꝝ mutatio in eis pp caliditatē: sed firmitas pp frigiditatē immobilitatē. Et iō dato vno iudicio: q; vt dixit Al. in 7° signo ipsi sunt hebetes ⁊ pigri in exercitio aiali ⁊ coreo nolūt amplius laborare ⁊ in iudicādo: ⁊ si laborāt tardant in illo intelligendo: vnde confirmant iudicium datum ⁊ ipsum stabile tenent: sicut ⁊ senes faciunt.

Sigᵃ male ꝓpłonis sicce.

☌ Cerebri vero sicci signa reperiunt posita ab auctoribꝰ q̄tuor. ☌ Primū sigm est: dixit Hal. in tegni q nō est supfluū in effusionib⁹: hūt. n. supfluitates cerebro ꝓprias paucas: q; in eis fit fortis exiccatio vapoꝝ ascēdētiū. ⁊ humiditatū gñataꝝ in cerebro: q̄re dixit Al. ex narib⁹ eius nihil defluit nisi paꝝ ⁊ iō catarrus nō accidit eis neq; coriza. Dix. A. sigñat ipm mūdificatio meatuū supfluitatū: q; p eos nō expellūt: cū nō multiplicētur: vñ mūdi pfistunt. Quidā cōparātes inter cerebrū siccū ⁊ calidū: dōt q ceteris paribꝰ i habētibus caput siccū pauciores supfluitates inueniunt q̄ i hūtib⁹ calidū: eo q siccitas p se opponit hūiditati q̄ multiplicant supfluitates: ac ēt q; in sicco cerebro cū tpantia actiuaꝝ qualitatū melior pficit digō q̄ i calido cū tpantia passiuaꝝ: q; melior digō fit a calido tpato q̄ a calido excessiuo. Et ex meliori digone minor supfluitas. Ac ēt q; in calido cerebro rone calitatis fit attractio supfluitatū ad ipsum. Nō aūt sic in sicco. Et rursum: q; hūs calidū cerebrū: vt. s. patuit facile replet ⁊ leditur ab extrinsecus occurrētibus: quāuis tñ supfluitates in sicco cerebro sint pauce ipse tamē sunt grosse: q; sicci est ingrossare: iō dixit Auer. q si cū paucitate ineſt eis aliq̄ grossitudo sigñant siccitatē. ☌ 2m signū dixit Hal. est sensuū pfectio. Et Aui. dixit sigñat ipm claritas sensuū. Quidā dōt q ꝓpando cerebrū siccū ad tpatū dictū sigm verificat de sensib⁹ exteriorib⁹: eo q spūs venientes in hūte cerebrū siccū ad organa sensuū exterioꝝ sūt magis tpati ⁊ eo° in sensib⁹ interiorib⁹. ipsi. n. in cerebro tpato st pfectiores: patuit. n. supra ex vbo Ha. q opones pncipales in tpato sunt pfecte. Alij aūt ⁊ melio⁹ dōt q Hal. in hoc nō cōpauit cerebrū siccū ad tpatū: q; volūt q in cerebro tpato oēs sensus tā exteriores q̄z interiores sint pfectiores: lz cōparauit ipm ad alia cerebra distēperata volēs q sensus oēs tā extrinseci q̄z intrinseci in cerebro sicco minus iperficiat q̄z in alijs: ⁊ maxie q̄z in hūido: cui⁹ cā ē claritas spūum in cerebro sicco sicut ipsoꝝ turbulētia in cerebro hūido est causa hebetudinis sensuū. Q; aūt in sicco cerebro nō eq̄ pficiātur sensus exteriores fit in tpato p̄: q; organa eoꝝ orta a cerebro sicco sūt siccа: ⁊ sic discraliata: a q̄bus nō pōt pp discraliā fieri pfectio: vñ vt appebit suo loco siccitas cristallinе impedit visionē. Neq; valet q i tpato fit humiditas maior q̄z in sicco: ⁊ humiditas maior hebetet sensus q; humiditas supfluēs lz hebetet: humiditas tñ q̄ est cū tēperamēto nō hebetat: sed pficit ⁊ spūs reddit claros. ☌ 3m sigm dixit Hal. vigilātes sunt. Et Al. dixit. silr. Minuit. n. in eis vapor mulcebris ⁊ humiditas faciēs ad sōnū: q̄re minus dormiūt ⁊ min⁹ ꝓfunde. ☌ 4m sigm dixit. Hal. capillos fortissimos hūt. i. grossos: q; fumositas grossa ⁊ multa est: ⁊ pp eādē cām nati citissime ꝓducūt eos ⁊ crispos hūt magis q̄z rectos: siccitas. n. exiccādo hūiditatē ꝓtinuātē capillos crispos eos reddit: ⁊ pp hūidi ꝓsūptionē calui fiūt i breui. Dix Al. in capite cito nascūt ⁊ cito calui fiūt. Dixit Aui. signat ipm fortitudo capilloꝝ ⁊ velocitas ortus eoꝝ pp fumū i etate p̄: sed postea in pcessu ꝓsumit ille fum⁹ diminuta hūiditate: vñ fiūt calui velociter. ⁊ crispitudo adest eorū. Dicunt q homo sicci cerebri ⁊ leue velox ⁊ bone memorie.

Sigᵃ male ꝓpłonis humide.

☌ Silr aūt ⁊ cerebri humidi q̄tuor reperiunt signa posita. p̄m est. dixit Ha. capilli eoꝝ sunt plani: ⁊ nō oino calui fiūt. Et Al. dixit. q sunt subtiles ⁊ tarde nascunt neq; calui fiunt. Similr ⁊ Aui. dixit: sūt. n. hūtes cerebrū humidū ꝓpriū hūtib⁹ ipm siccū. Et pp̄rias cās hūt illis capilloꝝ dispōnes. Dixit Auer. q capilli albi extēti ⁊ plani signant superfluitatē hūiditatis. ☌ 2m sigm dixit Hal. sunt eis sensus hebetes dix Al. q sensus in eis nō sunt clari. Et Aui. dix perturbatio sensuū. i. hebetudo: q; spūs in eis pp hūiditatē ingrossant ⁊ turbidant multiplicat supfluitatib⁹. Est aūt hebetudo sensus ipsi⁹ q̄dā diminutio: vñ Azaravius ō ♓ sig° dix q ē modici sensus. ☌ 3m sigm dix Al. hūoꝝ. i. supfluitas hūoralis ex narib⁹ sup eis defluit. vñ reumatismo ledunt. Dix. A. q mltitu° supfluitatū ineſt eis: vñ reumatism⁹ eis accidit. ☌ 4m sigm dix Al. est somnolēt⁹. ita q Aui. dix. q adest supfluitas somni. multiplicato. n. in eis vapore hūido magis dormiunt ⁊ magis ꝓfunde. Dicunt q habēs cerebrum humidum est piger obliuiosus ⁊ somniculosus.

☌ De signis complexionum compositarum distemperatarū cerebri naturalium. Cap. xj.

Sigᵃ male ꝓpłonis calide ⁊ sicce.

Signa cōpłonū cōpositarū discraliatarum ponēda sūt: ⁊ p̄ calez sicce cerebri. Reperiuntur aūt posita signa sex. ☌ Primū ē dixit Ha. nō sūt abūdātes supfluitates in eis vel ab eis p̄m. i. a p̄a etate vl̄ p̄mū. i. p̄: q; potissime nō supabūdāt supfluitates i eis p oēs etates. in cōparatiōe enim ad oēs alias discrasias hūtes cerebrū calm ⁊ siccū sūt paucaꝝ supfluitatū. Nā hūt duas cās ꝓsumptionis earū. s. calitatē ⁊ siccitatē. Vñ Al. dixit. supfluitates pauce ab eo nascunt vel ꝓuant eis: vt dixit Aui. ☌ 2m signū dixit Hal. pfecti sunt sensib⁹. hūt. n. dixit Al. sensuū pfectiones. Sed

forma humiditatis humoralis: aut ꝓuersa in vētositatē. Et q̄ stat sub forma humoris aut est non apans sparsa: aut est apostemās. ¶ Dixit. A. mā huius spasmi aut est cōprehendens supra lacertū totū sparsa in toto musculo: sicut accidit qñ non apat. Aut est cōprehensa in loco vno: ⁊ vna pte musculi quā relique partes sequunt: sicut est qñ apostemat: ⁊ facit spasmū: siue illud apa habuerit cām extrinsecā siue nō ꝛ solum intrinsecā. Et dixit Auer. q̄ libet mā apostemās pōt hoc facere. Est ḡ dixit. A. mā apostemans flā aut melia aut sanguis aut colera. Sed q̄ est non apostemās: aut est flā aut melia aut colera sanguis vo cū non est apostemās non facit spasmū pp amicabilitatē ⁊ benignitatē suā: ⁊ qz nō reperitur in neruis implens illos. Et ad demonstranduz hoc dixit. A. Et illud. ſ. spasmus a mā sanguinea fit in apatibus lacertoz̄. ſ. sanguineis cū resoluit mā faciens apa ⁊ implet neruos cū vlcere villi nerui. ¶ Spasmus de mā colerica repente absq̄ apate rarissime contingit: eo q̄ colera non ē apta replere neruos sic q̄ inflationem ⁊ extensionē faciat augmentantē in latū pp sui paucitatē ⁊ subtilitatē. Et pp hanc cām. A. ⁊ alii inter cās huius spasmi de colera nō fecerunt mentionē. Silr a spasmus de mā melica dicto mō replente neruos ⁊ extendente in latum raro fit: vt ēt de ipsa plures auctores no fecerint mentionē. A. tñ de ea tetigit dicens: q̄ mā huius spasmi qñq̄ ē melia. sup. ꝛ raro: qz sui paucitate in locis neruosis ⁊ musculosis: ⁊ pp sui grossitiē nō est apta replere neruos repletione predicta. Dixit ergo. A. mā implens neruos faciens spasmū predictū ſm plm est flātica: qz ipsa est apta multiplicari ī membris neruosis. ⁊ penetrare i neruos ⁊ sui multitudine implere eos repletione inflāmante ⁊ extendēte eos in latū. vnde decurtant in longū. Et pp istā cām plures auctoꝛ solū de mā flātica fecerunt mentionē. ¶ Dixit Hal. spasmus de repletione fit cū nerui supfluitatibus replētur malis humidis ⁊ flāticis: q̄bus humectantur ⁊ in latū distendunt ⁊ a sua minuunt longitudine: quare lacertus ad quē mittebat neruus ille ꝟbitur ad partē sui originis: ⁊ mēbrū curtatur: quēadmodū accidit vasis q̄ fiūt ex coriis. Cū amplius q̄ possint capere replent extendunt enim in latū ⁊ abbreuiant in longū. ¶ Et Raſ. in diuisionibus dixit. q̄ fit ex hūiditate grossa. ¶ Dixit Ser. sup Uia. dria inter cām humoralē apantē ⁊ non apantē est: qñ mā nō apans ptotum lacertū diffundit ⁊ ipsum replet ſm totū. Sz mā apans est cōprehēsa in vno loco quē locū cetere partes sequunt. ¶ Dixit. A. spasmus mālis repletionalis qñq̄ fit ſm sēmitā permutatiōis māe: sicut accidit successione sqnantie aut pleuresis vel sirsen. Et sumarie vt dixit Se. sup Uia. fit in egritudinibus in cōplete crisis ſm pmutationē. ſ. māe facientis illas egritudines ad neruos ⁊ lacertos: vt apparet aliqñ in sinocha pleuresi ⁊ dolore capitis māli qñ in eis māe expellunt a venis ⁊ arteriis vel a mēbris nobilibus ad lacertos. ¶ De mā aūt ventosa faciente spasmū mālem. Dixit. A. qñq̄ mā spasmi est ventosa. ¶ Et Auer. vī velle collig. 3°. q̄ humiditas mālis nō causet spasmū nisi ꝓuertatur in ventositatē. Dixit. n. ista repletio ⁊ distensio q̄ fiunt in membro del neruo fiunt ppea q̄ illa humiditas cōuertitur in substantiā aeream: ⁊ sic in ventositatē: ⁊ ob hoc neruus labrioſe eam continet: sicut nos videmus in vtre vini bullientis. Et accidit hoc ppea q̄ partes aeree indigent maiori capacitate q̄z partes aquee ⁊ terrestres: qui occupāt plus de spacio q̄z ille. Et ob hoc qñ res humide ꝓuertunt ad siccitatem tunc nerui colliguntur ⁊ conuertuntur: sicut accidit corrigiis que calefiunt ad ignē: ⁊ qñ conuertuntur ad aeritatem augetur ipsarum quantitas. Et dixit Auer. scias q̄ hec humiditas est indigentia necessaria ꝓpter superfluam humiditatem que est in neruo ad hoc vt extendatur ⁊ crescat ſm omnem suam dimensionez ⁊ non vt ꝛtrahatur aut colligatur. ¶ Dicunt quidam. verū esse ſm plm q̄ mā faciens spasmum facit illum conuersa in ventositatem occupantem maius spacium q̄z ipsa humiditas faciebat ante. Non tñ est hoc semp: qz pōt mā humoralis non conuersa ventositatem tantum implere neruum sui corpulentia q̄ facit in ipso tensionem ſm latum. Et cum nerui extendunter in latum. dixit Auer. fit decurtatio: sicut cum replentur in longum fit elōgatio: vt pz in paralysi. Et dixit Auer. vt ego scirem quare a mā ventosa vel non ventosa nerui extendutur in latitudinem: ⁊ non in longitudinez. Saluo q̄ potest dici q̄ extensiones que fiunt in latitudine vincunt qñ fit collectia extensionum que fiunt in longitudine ⁊ propter hoc ꝟbitur neruus de necessitate. Et dixit Auer. q̄ Hale. sentit in hoc nisi ꝟctionem que est decremeutum descendens versus terram. alias. versus cerebrū. Et pluries appellat ipsum distensionē: ⁊ maxime ꝟctionē: que continet corpus ante ⁊ retro. Et plures medici intendunt q̄ extensio sit ꝟria cōtractioni. Et dixit Auer. scias q̄ verba medicorum in hoc accidente vlr sunt propinquioza: vt sint verba musicorum q̄z vt sint demonstratiua. Et dixit qñ fit ꝟctio nascitur bellum inter duos motus. ſ. inter motū virtutis motiue ⁊ motuz cōtractionis. ¶ Dixit Hal. 2°affo. in commen. affo. febrem in spasmo ⁊c. q̄ humores frigidi faciētes spasmū nutriunt neruos: non intellexit de propria nutricatione: sed large sumpsit ibi nutricationē pro imbibitione ipsorum humorū i eis. ¶ De causis autem spasmi de inanitione dixit Serap. spasmus q̄ fit de inanitione. ſ. siccitate fit sicut fit in coriis q̄ aduruntur igni aut exiccantur caliditate aliqua: qñ. ſ. exiccant humiditates que est in lacertis aut neruis: pp id ergo accidit: vt exiccentur membra: ⁊ ꝟbantur ⁊ spasmentur tendantur ⁊ ꝟbantur in longitudine ⁊ latitudine simul. ¶ Dixit Aui. spasmus de inanitione fit propter priuationez māe. ſ. ventose ⁊ humiditatis. ſ. humoralis: ⁊ fit pp dominum siccitatis propter quā accidit vt ꝟbatur longitudo ⁊ latitudo equaliter. Et per hoc differt a spasmo repletiōali: in quo vt apparuit neruus crescit ſm latum ⁊ decrescit ſm longum: sed in spasmo de inanitione decrescit ſm longum ⁊ ſm latū sicut accidit carte vel corio cū calefit: siccitas nāq̄ aduenies musculo deficcat humiditates eius tam ſm latum q̄z ſm lōgum: ideoq̄ colligitur musculus ad seipsum: sicut colligit corium expositum igni qō corrugatur ſm latum ⁊ ſm longum. Et sicut tu scis q̄ est dispositio chordaꝝ instrumentorum musicaliū q̄ abbreuiantur in estate pp exiccationem ⁊ elongant in hyeme pp humectationem. ſ. quā facit mā imbibens eas ita silr accidit neruis preter hoc q̄ replens eos inflet ⁊ tendat. Nā si inflaret ⁊ tenderet eos: tunc decurtarē tur: vt supra dictū est auctoritate Hal. 3° de interioribus. qō ēt ponit quinto de accidē. 2° cap. ¶ Not. q̄ siccitas est duplex. vna est que est qualitas vna de primis qualitatibus ⁊ est actiua. Alia est que est priuatio humiditatis rei. Et priuatio quidem humiditatiꝭ rei: ⁊ per se ⁊ formaliter accepta non est causa imediata spasmi. Nā ſm se non est causa nisi cuiusdā raritatis seu distantie partium mēbri q̄ sequit ad vacuitatē foraminū ⁊ porozū: q̄ sunt exiccata ⁊ humiditate ꝑuata. Sz bene siccitas q̄ est qualitas est per se imediata cā spasmi ⁊ ꝟctionis mēbri: qz talis siccitas p se pōt corrugare ⁊ accentrare ptes mēbroū neruosoꝝ: vt experientia per sensum declarat. Et dicunt. q̄ cū hac siccitate q̄ est qlitas q̄ facit spasmum semper cōiungitur siccitas: q̄ est priuatio humiditatis: eo q̄ siccitas qualitas non est in quocūq̄ gradu corrugans ⁊ cōtrahens: sed solum cum est intensa. Modo ista intensa non inducitur in membro nisi ex calore consumente humiditatem: aut euacuationibus fortibus ⁊ malitis ⁊ similibus causis: ex quibus procedit humiditatis consumptio ⁊ priuatio. ¶ Et notant q̄ siccitas corrugans ⁊ spasmans debet esse difformis: ita vt in quadam parte mēbri multum exiccet ⁊ contrahat. Et in quadam alia parte parum vt etiam in corio sensus demonstrat. Et propter hanc cāz dicunt. non spasmant ethici: et tertia speciei q̄uis

sint multū exiccati: q2 eor exiccatio est vniformis in oībus partibus mēbror suor: quāuis sit ēt in ethicis alia cā: quia non spasmant: z est q in eis nerui non sunt ita exiccati: sicut in spasmo sicco: quāuis ad oculū appareat ethicus magis exiccus. Et iō nerui ethicor nō spasmant. Quibus dā tñ non plz supradicta pria rō: q2 dato q ficcitas sit vniformis in ethicis non tñ sequit q non debeat ī eo fieri ōctio z spasm9 simo sicut ad difformē ficcitatē sequit difformis ōctio: ita ad vniformē ficcitatē deberet sequi vniformis ōctio. ¶ Assignant aūt spasmo non ꝓportionato ad mām cās duas: quarū vna est fuga virtutis ad suū prīncipiū: de qua dixit Aui. q fit cā rei impedientis a q̄ nerui fugiunt z congregantur ad expellendum ipsaz. Et ista res impediēs a qua fugit aut est dolor: aut est humor mordicatiuus: aut qualitas veneno la perueniens ad cerebrū z neruos: sicut accidit ei quem pugit scorpion super neruum: a tali enim re impediente virtus fugiens ꝟbit membrum z fit spasmus. ¶ Q2 aūt dolor spasmum inducat. Dixit Gal. in commen. affo. spasmus ex ello ꝛc. declarat hoc experientia: q nimium dolorē sequit spasmus, membra enim neruosa colligata loco dolenti compatientia ei ꝓp fugere a dolore ꝟbuntur versus eorum origines z spasmātur: qui dolor si perseuerabit: z maxime multum intensus spasmus continuabitur: si autem dolor interpolaret vel multū remitteret: similiter spasmus interpolare tur. Et in eodem cōment. Gale. declarat. qūo spasmus fiat a mā mordicatiua vt colera prassina siue eruginosa existente in ore stomaci: z aliqñ a colera rubea vel citrina. ¶ Secunda causa est aliqua causa extrinseca occurrens membro congregans ipsum: et absq; hoc q malū sensum ponat in membro pp quem habeat fugere: quāuis ēt malum sensum possit inducere: de qua loquens Aui. post supradictam causam ait: aut accidit dictus spasmus ꝓpter qualitatem non venenosam: sicut accidit spasm9 ab infrigidatione vehemēti congregante neruum z lacertum: z inspissante ipsum: z sic inspissando faciente ipsum contrahi ad caput suuz. In qua congregatione z inspissatione congelantur humiditates ipsius membri pp quarum cōgelationem z indurationē: quidam hanc speciem spasmi reducunt ad spasmum siccum: tñ impropie. Et ideo dicunt. spasmus siccus est duplex: vnus vere z propie siccus factus pp ficcitatem z absentiam hūiditatum membri: z alius impropie z non vere siccus: qui non fit pp priuationem humiditatum membri: sed pp earū cōgelationem z indurationem. ¶ Et rursus inducentes aūctores quasdam causas primitiuas spasmi dixerunt q quā doq; accidit spasmus pp accidentia anime. ¶ Dixit Auic. vna de speciebus huius spasmi est ille qui sequitur pp timorem z causas dilatatiuas submersas subito que faciunt seq lacertos motus ad sua principia ꝑm suas formas. ¶ Propter cuius cause declarationē notant q timor pōt esse causa spasmi duplr. vno modo qñ timor supuenit hoi repleto malis humoribus qui mouent a calore subito reuocato ad interiora in timore qui sic moti facti cause dilatatiue neruorū z lacertor q2 fluentes ad ipsos dilatant eos implētes ipsos p submersionē in eis. Et sic faciunt spasmū qui est de genere spasmi repletionalis. Alio modo fit spasmus i timore forti z subita reuocatione spūuz ad interiora omni circūscripta repletione humorali: q2 talem fortez z subitā spūuz reuocationem sequunt musculi in qua consecutione ꝟbuntur z fit spasmus qui est de genere spasmi non ꝓportionati ad mām. Et silr pōt contingere spasmus pp causas dilatatiuas spūum ad exteriora: vt in subito z forti gaudio. Et hoc q2 in tali dilatatione calor effusus ad exteriora dissoluit humores ibi repertos: q dissoluti fluunt in neruos z lacertos replentes ipsos: z ꝟbentes: z sic facientes spasmū de genere repletionis: q spasmus vtplm esset particularis. Aut q2 in tali dilatatione spiritus ad exteriora multū de ipso resoluit z calat: vnde pacificatus i exterioribus ab eis z a musculis retrabitur ad interiora z sequuntur ipsum in retractiōe sua musculi z ꝟbuntur: z spasmum incurrunt de genere nō proportionati ad māz. ¶ Et dixerunt. qñq; accidit ppea q supra membrū ōctum ob aliquā cām voluntarie accidit corpus reliquum vel aliud graue onus sustentari. Dixit Aui. de speciebus spasmi a dictis causis est ille qui accidit pp sustentationē factam supra aliquod mēbrum qō est ōctum. s. voluntarie vt cum sustētatur homo supra genu vel brachiū qō prius ōrit. Et hoc q2 in tali sustentatione super ipso mēbro ōcto fit effusio alicuius materie humoralis ad ipsuz mēbrū ōctum intrans in ipsius neruos z lacertos replens eos z prohibens sic mēbrum a sua ōctione dilatari: z faciens ipsum remanere ōctum z spasmatum spasmo qui est de genere repletionis. ¶ Et dixerunt. qñq; accidit ppea q mēbruz secum defert causam pp quam materia defluit ad ipsuz que fluxa replet contrahit ipsum: z spasmatur sic spasmo de genere repletionis. ¶ Dixit Auic. quandoq; est cum eo scilimembro q spasmatur accidens. i. causa faciens illud: vt fit cum ipsum fert pondus graue: ex cuius delatione laxatur z debilitatur z dolet vnde fluunt materie ad ipsum. ¶ Et dixerunt quādoq; accidit spasmus pp accubationē z sessionem lōgam super re dura vt lapides vel terra vel balnea pp cuius duritiem indurantur mēbra superaccubantia: z tunc si qua ōcta erant facta indurato prohibentur a dilatatione: z que dilatata erant prohibentur a ōctione. ¶ Dixit Aui. aut fit si obdormiscat super lectum durum. Et subdit. hoc est ex eis que per se remouent: z potest hoc dictum referri ad causam imediate precedentē pp dormitionē super rē duram: z hz veritatem: qm vtplm hic spasmus est leuis: z propie quedam rigiditas siue indurati illorum mēbror: que q2 ꝓuenit propie pp prohibitionem spūs z caloris venientis ad illa mēbra indurata z aliqñ opilata pp compressionē ad rem duraz puo tpe durat: q2 remota causa dura spiritus z calor per se cito redeunt ad illa membra. Unde redeūt ad dispositiones suas naturales. Et erit hic spasmus de genere non proportionati ad materiam: z potest referri ad alias ēt species supradictas. Et ratio est: q2 in illis causis ꝑm plurimū parum est de materia que fluit ad membrum quare cito consumitur. Et hoc significat Aui. cum in vna illarum causarū dixit. retinet in ipso mēbro aliquātulū. i. puo tpe. alias aliquātula. i. pauca mā. Et q2 ad cāz de obdormitatione super re dura: aliqñ sequit ēt stupor: ideo. A. dixit. z est cum hoc stupor: z ēt ipsius spasmi est aduenies mēbro vel membris pp repletionem que est mā effusa ad ipsa membra. Et hoc erit cum pp illam accubationē mēbra dolerent: vñ effūderent māe ad ipsa coartātes spūm motiuum. supple. z sensitiuum penetrare prohibentes ad ea: vnde non est pole: vt vt moueat ea. s. pp sui paucitatē ad dilatationē faciendū: z ꝟ erit spasm9 de genere repletionalis: z q2 vt plm in hoc casu illa mā est pauca: ideo iste spasmus paruo tpe durat: iō. A. subdit. cū redit virtus z corfortat mā. i. cōfortat virtus sua prīa mām z consumit vel expellit eā fit dilatatio. Sz q2 reperit lra que dicit: z est hoc stupor. Et non dicit cū hoc: tunc dicendū est q stupor pōt pp mām effusam pp dictam cām illius membris superuenire facta prohibitione spūs sensitiui requisiti ad sensum in eis. Et erit ꝟ stupor cā detectionis membror ipsorum in rigiditate z indurationē sua: q2 prohibito sensitiuo spiritu a membris ipsis: prohibetur ēt motiuus sufficiens esse ad dilatatioōē z motū faciendū. ¶ Et dixerunt. qñq; accidit spasmus pp extensionē membri cum super ipso extenso fit sustētatio reliqui corporis aut rei grauis: pp quod aliqua mā effunditur ad ipsum mēbrū ingrediens eius neruos z lacertos ꝓhibens eos a ōctione: vnde remanet mēbrū tensum tetanatum tetano repletionali. Dixit Aui. z qñq; fit ex extensione. s. alicuius membri illius: simile. s. qō dictum est fieri pp sustentationem super membro cōtracto. ¶ Et dixerunt. qñq; accidit spasmus. s. leuis ꝓpter

ſomnū longū: quāuis non ſuper re dura pp retractionē mul
tam ⁊ longā caloris ⁊ ſpūs ad interiora: quare apud excita
tionē mēbra remanēt in diſpōne in q̄ erant in ſomno ꝛecta: ⁊
extenſa pp paucitatē ſpūs motiui in ipſis nō potētis ea mo
uere: q̄re remanēt mēbra ſpaſmata donec redeat ad ea de ſpi
ritu motiuo ſufficiētia. ¶ Dixit. A. ⁊ hoc. i. ſpaſmus plm.
i. plerūq; fit pp ſomnū aut excitationē. alias. poſt ſomnum
apud excitationē q̄ remanent mēbra ꝛecta: nec extendunt: q̄m fit. ſpūs. ſ. motiuus in ſomno pigrior: ⁊ nō fit aſſiduus i
faciendo dilatationē pp declinationē ſuā ad interiora: ⁊ eſt
hic ſpaſmus de genere nō ꝓportionati ad mām. ¶ Et dixe/
runt de cauſis eius ē ebrietas ⁊ potus vini. ¶ Dixit Raſ. p
ꝓti. ſpaſmus eueniens poſt nimiā ebrietatē eſt ex repletione
q̄ vinū penetrat vſq; ꝓfunditatē neruoꝝ: potus tū vini acu
ti puri maxie ſumpti in ieiunio cum multū mordicat os ſto
maci pōt eſſe cā ſpaſmi non ꝓportionati ad mām. ¶ Et q/
dā imaginant pp potū vini poſſe ꝛtingere ſpaſmū de inani
tione: maxe ſi fuerit vinū acutū ⁊ multū bibitū a corpore ex
carnato multū extenuato: q̄m tale vinū exiccando faciet ip/
ſum ſpaſmari: vtp̄lm tū ſpaſmus ſequens potū vini eſt de re
pletione. ¶ Et dixit. de cauſis ſpaſmi ē ſuperflua comeſtio ⁊
indigeſtio ⁊ faſtidiū. Et hoc pp multiplicationē ſuperfluita/
tū flāticarum: que p̄nt fluere ad neruos ⁊ facere ſpaſmum.
¶ Et de eis ſunt dimiſſio exercitij cōſueti ⁊ ocioſitas ⁊ mul
tus ſomnus: q̄ ſunt cā multiplicationis ſuperfluitatū fleg/
maticarū. ¶ Et ex eis eſt aſſidua balneatio q̄ ſi fuerit in aq̄s
termaticis aut in balneo ſicco: poſſunt eſſe cauſa ſpaſmi de
repletione diſſolutis per illa balnea materiis q̄ fluentes ad
neruos faciunt ſpaſmū de repletione: ⁊ hoc maxime accidit
eis qui ſunt repleti ⁊ intrant balnea nō p̄miſſis eūationib⁹
Et ego aliquoties hunc ſpaſmū vidi: ⁊ p̄nt eſſe cā ſpaſmi de
inanitione: maxie in corpore extenuato. ¶ Dixit Ga. ⁊ po
nit primo ꝓtiū. ſpaſmus q̄ accidit poſt indigōnem: ⁊ faſti/
diū ebrietatē multā balneationē: dimiſſionē exercitij vel ml̄
tū ſomnū eſt ex humiditate. ¶ Et dixerunt ex eis ſunt vigi
lie plurime q̄ p̄nt eſſe cauſa ſpaſmi de repletione: ppea q̄ p/
ducunt ad indigeſtionē: ⁊ p̄nt eſſe cā ſpaſmi nō ꝓportiona/
ti ad mām: vt cū ſunt cā generationis humoris mordicatiui
⁊ p̄nt eſſe cā ſpaſmi de inanitione. ¶ Dixit Ga. ȝ° de interio
ribus ſpaſmus q̄ accidit ex ſiccitate fit poſt vigilias. Et de
cauſis ſpaſmi ſunt motus corporei qui p̄nt eſſe cā ſpaſmi de
repletione: cū facti in corpore repleto: ⁊ in hora indebita diſ
ſoluunt hūiditates: q̄ fluentes ad neruos faciunt ſpaſmum
Et p̄nt eſſe cā ſpaſmi de inanitione per viā reſolutionis ⁊ cō
ſumptionis humiditatū. ¶ Dixit. A. ſpaſmus ſiccus eſt q̄
fit ſucceſſione motuū laborioſoꝝ corporaliū ⁊ animaliū:
⁊ ſicut ſunt vigilie: anguſtia: timor: ⁊ ſimiles cauſas exiccā
tes. ¶ Et de cauſis ſpaſmi eſt cibus acutus mordicatiuus
⁊ ſpaſmus ab eo prouenies ſm plm eſt de genere non pro
portionati ad mām. ¶ Et de cauſis ſpaſmi eſt tolerantia fa
mis ⁊ ſitis ⁊ p̄nt eſſe cā ſpaſmi ſicci in corpore extenuato: h
enim cū diu abſtinet exiccatur ⁊ ſpaſmatur. Et p̄nt eſſe cau
ſa ſpaſmi non proportionati ad mām: maxime q̄n ad eas cō
ſequitur fluxus colere mordicatiue ad os ſtōi. Et ex eis eſt
coctus ſuperfluus deſiccans: vel per viam indigeſtionis cor
pus replens humiditatibus indigeſtis. ¶ Et dixerunt. de
dictis cauſis eſt ſumptiō medicinaꝝ frigidarū vel acutaruꝫ.
Et medicine quidē frigide: maxie vehementer vt narcotice
p̄nt eſſe cā ſpaſmi nō proportionati ad māz pp leſionē quā
inferunt cerebro ⁊ neruis: ⁊ p̄nt eſſe cā ſpaſmi de inanitiōe
ꝓpꝛie q̄ vt ſupra patuit: accidit ex ꝓgelatione humidita/
tū in corpore ⁊ neruis ⁊ lacertis. Et ſimile cōtingere pōt ex
frigiditate aeris vehemēti aut longa effuſione aq̄ frigide ſu
per corpus. ⁊ maxie cū iſta frigiditas obueniat capiti ⁊ dor
ſo. ¶ Dixit Ypo. in affo. frigidū vlceribus mordax q̄ ipſuꝫ
eſt ſpaſmi ⁊ tetani iductiuū. ¶ Dixit. A. accidit ex vehemē
tia frigoris: ſicut accidit ei qui bibit medicinas narcoticas
⁊ opium. Medicine vero calide maxie vehementer p̄nt eſſe
cā ſpaſmi diſſoluendo in corpore humiditates ⁊ portantes
eas ad neruos: q̄ intrantes eos replent ⁊ extendunt ipſos i
latuꝫ: ⁊ hic erit ſpaſmus de genere repletionali. Et p̄nt eſſe
cauſa eius deſiccando ⁊ finiendo hūiditates corporis: ⁊ erit
hic ſpaſmus de gñe ſpaſmi ſicci. Et p̄nt eſſe cā eius p ſuam
mordicationē vel malā qualitatē. Et erit hic ſpaſmus de gñe
nō proportionati ad mām. ¶ Dixit. A. eſt ſpaſmus factus
pp medicinas: ⁊ ex cauſis ſunt medicine ſolutiue q̄ p̄nt fac
re ſpaſmū vel pp ſupfluā euacuationē quā faciunt ⁊ erit de
genere ſpaſmi ſicci vel pp acuitatē ⁊ mordicationē ⁊ veneno
ſitatē ſuā: ⁊ erit de gñe non ꝓportionati ad mām in quo ſu
git vtus a re nocente. Vel q̄ agitant ⁊ diſſoluunt humores
⁊ nō educunt ⁊ agitati fluunt ad neruos ⁊ replent eos ⁊ erit
de gñe ſpaſmi humidi. ¶ Et medicine q̄dē tam calide q̄ frī
gide ab extra approximate maxie ſup vulnere neruoꝝ: ⁊ pe
cipue ſi neruus fuerit diſcooptus: frigide q̄dē p actualē fri
giditatē ledentes ipſos: ⁊ p actualē vel potentialē p̄hibētes
actū virulentie a vulnere: maxie q̄n ſunt ȝiuncte cū ſtiptici
tate: q̄ virulentia retēta pōt inducere ſpaſmū p ſuā mordica
tionē quā facit in neruos ⁊ per ſuā malā qualitatē quā emit
tit ad cerebrū: a cuius malitia fugit vtus. Et erit hic ſpaſmꝰ
de gñe non proportionati ad mām. Et de cauſis eius dixerūt
foze venenū ſiue intus bibitū ſiue exterius cadens ſup locuꝫ
neruoꝝ. Dixit. A. ⁊ fit pp potū veneni a cuius peſſima qua
litate fugit virtus: ⁊ maxie ſi fuerit de habentibus re⁹ ad
cerebrum ⁊ neruos: pp cuius ȝrietatem ⁊ venenoſitatē nu
ui vehementē incurrunt leſionē: ex qua ȝbuntur: ⁊ dixit. et
ſpaſmus a punctura ſcorpionis vel rutelle ⁊ ſerpentis ſuper
neruum. ¶ Et dixerūt de cauſis extrinſecis eſt p̄ctura ner
uo eueniens vel chordē: ſicut Gal. dixit in tegni. aut inciſio
chordē vel neruo eueniens ſm longum: ſiue ſm latuꝫ non
totaliter vel eueniens mēbro neruoſo vel in lacertis: ⁊ maxi
me in capitibus eoꝝ. ¶ Spaſmus quidē ſeq̄ns ad vlcera ſi
ue vulnera p̄dicta pōt eſſe nō ꝓportionatus ad mām ſeq̄ns
ad dolorē vulneris vel ad mordicationē virulentie retente
neruis: maxime ſi obcecatū fuerit oſificiū vulneris. Et pōt
eſſe ſpaſmus repletionalis ſequens repletionē nerui vel ner
uoꝝ ex mā de fluente ad eos cauſa huius doloris vel agita
tionis humoꝝ que pōt retineri in eo: vel eis apoſtemādo
⁊ nō apoſtemando. Ait Raſ. ꝑmo ꝓtiū. q̄n punguñ neru
apoſtemant: ⁊ accidit ſpaſmus de repletione. ¶ Dicunt q
bi duo ſpaſmi poſſunt eſſe vles totī: poſſunt eſſe particu
res vni neruo vel pluribus paucis. Naz non proportiona
as ad mām erit vlis vel particularis ſm potentiā cauſe cu
ſantis dolorē puuctionem ſiue mordicationē. Et ſm intenſi
onem vel remiſſionē doloris ⁊ mordicationis. ⁊ ſpaſmus
de repletione erit particularis ſi mā fluxa ad locum replēti
ſolum neruos ipſius loci ſeu membri vel neruos paucos: ⁊
erit vlis ſi materia fluens fuerit multa ſufficiens replere ui
uerſaliter neruos corporis: ſicut aliquādo accidit i corpo
multum repleto cui ſuperuenit vulnus in neruis: vel cum
apa loci illius fuerit magnum: ⁊ poſtea delituerit: in cuius
delitescentia mā ipſa cōcata fuerit multis neruis vel nuꝫ.
Et poteſt eſſe ſpaſmus ſequens vulnus de inanitiōe ſangui
ne a vulnere multū fluente. ¶ Et adducentes auctores quā
dam cauſas intrinſecus ſpaſmi. Dixerunt. ex eis eſt multa
ſenſibilitas oris ſtomaci qua vehementer leditur colera eiꝰ
modica effuſa ad ipſum mordicante ipſum cui compatitur
cerebrum ⁊ fugit virtus: ⁊ fit ſpaſmus de genere non pro
portionati ad mām. ¶ Dixit. A. de hoc genere eſt ſpaſmus
factus ꝓpter fortitudinem ſenſus ſtomaci cum ad ipſum
expellitur colera. ¶ Et dixerunt. ex eis eſt colera mordica
tiua praue qualitatis: ſicut porrina vel eruginoſa ſtans in
ore ſtomaci ledens ipſum: a cuius malitia refugit virtus e
patiente cerebro: ⁊ fit ſpaſmus ſimiliter non proportiona
tus ad mām: ⁊ multotiens hic fit ſpaſmus cum euomitur

illa

illa colera: q; tūc magis cōicatur cerebro malitia ei⁹: q̄uis vomitu completo ⁊ illa mā educta sequat curatio spasmi. ¶Dixit Auic. hui⁹ qdez generis est spasm⁹ eius q euomit humorē q̄ est vt erugo eris nocentez oi stōi: ⁊ loqtur de eo Sal. gnto affo. in cōmēto affo. spasm⁹ ex ellō ⁊c. ¶Et dixerūt de causis ei⁹ sunt vermes in stō vel intestinis ꝓtenti rerunt. de causis ei⁹ sunt vermes in stō vel intestinis ꝓtenti cōicātes malos vapores cerebro: vel pungētes stōm vel intestina: vñ fugit vītus. ⁊ fit spasm⁹ non ꝓportionat⁹ ad materiā. ¶Et dixerūt. de causis ei⁹ est lesio magna existens in aliquo vel aligbus mēbroꝝ neruosoꝝ cōicantiū cerebro p colligantiā ipsoꝝ cum ipso: vel in mēbris qbus p̄dicta mēbra cōicant ⁊ cōpatiunt illis ⁊ istis cōpatientib⁹ cōpatitur cerebrū: vnde fugit vītus: ⁊ fit spasm⁹ de genere non ꝓportionati ad mām. ¶Dixit Auic. hui⁹ generis est spasm⁹ factus pp cōitatem cerebri ⁊ matricis ⁊ vesice: ⁊ reliquoꝝ similiū in egritudinib⁹ suis. Et subdit. ⁊ spasmus fact⁹ ab egritudine in ore stomaci ⁊ matricib⁹ ⁊ mēbris neruosis ⁊ in vicinis eis. Dixit Auic. hui⁹ generis est spasm⁹ accidens ꝓpter vermes. ¶Et dixerūt. de causis ei⁹ est dolor fortis in quocūq; mēbro: fuerit etiaz absq; vulnere ⁊ absq; apate: ⁊ maxime si fuerit in mēbris neruosis vel in articulis: ꝓpter quez cōpatiens cerebrū cōtrahit: ⁊ fit spasm⁹ non ꝓportionat⁹ ad mām. ¶Et dixerūt. de causis eius est repletio magna corpis: maxime ꝑm membra ꝓncipalia aut venas magnas. ¶Dixit Ipo. 4° regiminis acutoꝝ. In repletiōe magna que est ꝑm cor ⁊ epar ⁊ arteriā magnā cāntur spasmi. cui⁹ cā est dicunt: q; stāte tali magna plenitudie viā opilāte spūs vitalis nō transit ad cerebrū: q̄re cerebrū non transmittit spūm aialem ad neruos: q̄re remanēt nerui cum spū aiali pauco quē p̄ius nō receperāt. Et cuz illo mouent: ſz insufficienter: ⁊ sic spasmose: ⁊ accidit eis. sicut accidit caudit lacertoꝝ abscisis: q cum habēt aliquid de spū ꝑ nus trāsmisso mouētur facientes quendā motū ꝛctiuū spasmosum donec euaporato toto illo spū a motu desistāt: ⁊ est hic spasmus de genere nō ꝓportionati ad mām. ¶Et dixerunt. de causis spasmi est siccitas cerebri: quare exaurit humiditatē a nuca ⁊ a neruis sui fortitudine: quare exiccant nerui ⁊ ꝛbuntur: ⁊ fit spasmus de gīe spasmi sicci quē modum tetigit Auic. in cap. de spasmo. ¶Et dixerunt. ex dictis causis ē febris siue sit adurens sit cronica: ⁊ maxime si febris fuerit cōiuncta cuz apate calido cerebri. Et febris qdē dupl'r potest spasmū inducere vno mō consumēdo ⁊ exiccando humiditates corpis ⁊ neruoꝝ: aut cū vehementia sue caliditatis liquefacientis ⁊ consumentis: sicut febris facit adurens: aut cū longitudine ⁊ diuturnitate sue impressionis: quare ꝓsumit ⁊ exiccat ⁊ finit humiditates: quāuis eius caliditas nō sit adurens: vnde exiccati ꝛbuntur: ⁊ fit spasmus siccus.

¶Alio modo dissoluendo hūiditates corpis preter hoc q̄ eas cōsumere posset: q̄ dissolute reddite fluxibiles fluunt aut ad os stomaci: vel aliud mēbrū neruosum cū sua acuitate ⁊ pungunt ⁊ mordicant ipsuz: vñ cōpatit cerebrū ⁊ fugit ⁊ fit spasmus de genere nō ꝓportionati ad mām. Aut fluūt in neruos ⁊ lacertos ⁊ replēt eos extendentes in latū: vnde ꝛbuntur in longū ⁊ fit spasmus: qui quāuis habuerit p cāliditatem febrilē: est tñ spasmus de genere repletionalis. ¶Sal. tñ 3° ꝓnosticoꝝ. nō expressit nisi de spasmo repletionali in febribus euenientez: q; de eo minus videbat: ⁊ q; certū habebat posse in febribus euenire spasmū siccū ⁊ non ꝓportionatū ad mām. ¶Dixit. A. de causis spasmi sicci ex eis est qui fit successione febriū adurentiū: ⁊ maxie in febribus firlen: q; tunc pp apa calidū cerebri magis ipzimit in cerebrū ⁊ neruos. sup. aut successione febriū cronicaꝝ. Et subdit Auic. q̄sq; fit spasmus. ſ. siccus in febre: ſz non est de fortitudine febris. i. q; ipsa sit multū intensa: nec est de longitudine eius. i. q; fuerit multū longa: ita q; sui fortitudine vel longitudine cōsumpserit hūiditates corpis. Et ꝑ spasm⁹ ē de genere eius: cū quo nō est illa siccitas tota. i. vltimata: ⁊ tñ est spasm⁹ siccus: de gīe tñ siccitatis parue cū febris illa nō fortis nō longa nō potuerit ꝓsumere hūiditates in toto: ideo iste spasm⁹ erit debilis ꝓpter: sicut quedā rigiditas siue induratio mēbroꝝ ad motum: ⁊ ineptitudo ad dilatationē. Et cōparans Auic. inter spasmos eueniētes in febribus. Dixit spasm⁹ eueniens in febrib⁹ pp cōunitatē oris stomaci non est illi⁹ prauitatis ⁊ malitie: cui⁹ est ille q fit in febrib⁹ tēporalib⁹. i. lōgis. sup. aut acutis: qui. ſ. fit absq; illa cōitate: in qbus febrib⁹ deficcant nerui ⁊ lacerti: imo ⁊ cerebrū. Et dixit. in febrib⁹ fit qdam spasm⁹ q nō est vehemēter malus: ⁊ est ille q fit ꝓptereā q; febres faciunt currere mās quas dissoluūt in neruos ⁊ lacertos: ⁊ ꝓpie cū corpus est repletū: ⁊ est supple. de genere repl'onalis. Et q̄sq; accidit in febrib⁹ spasmus ꝓpter cōitatē oris stomaci: ⁊ est de genere nō ꝓportionati ad mām. ¶Dixit Raſ. i. ꝓtinen. Nō accidit in febrib⁹ qbuslibet spasm⁹ ex siccitate: q; possibile est febrē dissoluere hūiditatē: ⁊ p hoc supuenire spasmus vel tetan⁹ humidus. Et istud in ꝓncipio erit febris. ſ. ſm plm. naz ſm plm ille q accidit post febrē. i. in ꝓcessu febris: ⁊ in statu grauis est ⁊ nō erit nisi ex siccitate. ¶Et dixerūt ex causis ei⁹ est siccitas cerebri absq; febre ⁊ apate: q̄ quidē siccitas nō est intēsa aduenies ei ex debilitate ipsius in conuertēdo nutrimentū suuz in subaz suā: que plurimū aduenit hūtibus cerebrū siccuz nāliter vel accidētaliter: q̄re non relarat humiditatē nuce ⁊ neruis: sed potius ab eis attrahit ad se: q̄re exiccant ⁊ idurant ad modū: q; nō ꝓuenit a multa siccitate: iō est debilis. de quo dixit. A. q; fit ⁊ destruit velociter: fit. n. faciliter maxime i dictis cerebris siccis a quacūq; cā exiccāte: vt cū Paulo amplio vigilāt solito aut aliquā eōnem patiunt. Et silr soluit velociter cū nā: vel arte cerebro acqritur humiditas sufficiens que relaxet nervis hūiditatē: ⁊ non amplio attrahat ab eis: q̄re reddūtur habiles ad dilatationē ⁊ motuz. ¶Jnsuper auctores assignāt cās spasmi diuersificatas penes etates patientiuz ipm. ¶Dixit Ipo. 3° ꝓnosticoꝝ. spasm⁹ pueris in acuta febre: maxime aūt si ventrē ꝓstrictuz habeant: q; tūc materie male que debēt expurgari p ventrē repūt in membra neruosa ⁊ neruos. Et si vigilent ⁊ expaueāt ⁊ plāgant: q̄ñ tunc magis debilitat cerebrū: ⁊ debilitas trāsit ad neruos: vnde ꝓptiores sunt ad recipiendū mām. Et si colores varientur. ſ. faciei: ⁊ etiā toti⁹ corpis: vt mō citrini: modo lividi: modo virides fiāt: q; significantur in eis māe diuerse male: ⁊ raptus eaꝝ versus cerebrū ⁊ neruos: ⁊ subdit Ipo. ꝟ eueniunt pueris vsq; ad septez annos. ¶Et dixit Sal. in cōmē. hui⁹ verbi q; Ipo. nō intellexit de spasmo ꝑticulari accidēti in aliquo mēbroꝝ. Sed de vñ accidenti in toto: q facile accidit pueris: ⁊ ꝓpie lactantibus ex eis: cuius cā in illo est lac: ⁊ ꝓpie si multū ⁊ grossuz fuerit. Et accidit pueris nō lactātib⁹ infra dictā etatē pp cibos multos quos suscipiūt ⁊ nō in sua hora: q̄ñ ipsi nō intelligūt ex rebus nisi comestionē. Et iuuat ad illud debilitas neruorum in eis. ⁊ vtilis mollificatio: hūt. n. neruos debiles ⁊ molles ꝓpter humiditatē etatiuā ⁊ nutrimentalē: q̄re faciliter patiunt a causis ipzimentib⁹. Et spasm⁹ quidē eueniēs in febre pueris pōt esse ois generis ꝑut supra in generali dcm est. Accidit etiā spasm⁹ pueris absq; febre. dixit Auic. ex spasmo humido est q accidit lactātibus pp vicinitatem mamille: ⁊ pp humectationē lactositatis ⁊ ogelationem lactis in eis. i. pp vicinitatē ad partū cum mamillas sugūt ⁊ humiditatē nutrimentalē generatā ex lacte quā vocat lactositatē ⁊ ogelationez lactis. i. humiditatis p̄dicte generate in chordis. ſ. ⁊ neruis ⁊ musculis que in dictis mēbris est apta cōgelari ⁊ inspissari ēt a leni cā congelāte: vt leui frigore ītrinseco vel extrinseco. ¶Et dixit Auic. accidit spasm⁹ infantibus cuz ventres eoꝝ ostringuntur: ⁊ in vigilijs eoꝝ ⁊ multitudine fletus eoꝝ. Et dixit. accidit eis spasm⁹ in febrib⁹ suis: quāuis sint leues nō acute liquefactiue. Naz pp facilitatē dissoPueri facile incurrūt spasmum.

lutionis hūiditatū ipsoꝝ leuis febris est potens eas fluere facere ad os stomaci eoꝝ: ꝛ facient spasmū non ꝓportionatū ad mām vel in neruos eoꝝ facere spasmū de repletione. Et pp facilitatē dissolutiōis corporū ipsoruꝫ febris: q̄uis sit leuis est potens exiccare corpora eorum ꝛ facere spasmū de siccitate: maxime cū febris elongat. Et ꝫ spasmus pluri mū accidit debiliorib⁹ ex infantib⁹. Et vīr dixit Aui. infā tib⁹ facilis est casus in spasmū. s. quēcunq; pp virtutē debi/ lez cerebri eoꝝ ꝛ membroꝝ ipsoꝝ ꝛ lacertoꝝ eorū: vt etiaz voluit Gal. 6⁰ de regie sanitatis. ¶ Et dixit Ypo. vbi supra. maiorib⁹ vo his ꝛ iuniorib⁹ spasm⁹ non ꝓtingit in febrib⁹ nisi magnis existentibus infirmitatib⁹ vt frenesis. ¶ Dixit Aui. in puerib⁹. i. in illis q trāseūt septimū annū nō est fa cilis aliqua duaꝝ rerū. i. aliqs duorū spasmoꝝ. s. ficci ꝛ hu midi. Ille eniz q septē ptranſit annos nō spasmat nisi pp fe brez valde prauā: maxime in cōparatione ad infantes: q vt dictū est: incurrūt spasmū a febre ēt leui. ¶ Dñt qdā. pueri vsq; ad septimū annū facili⁹ incurrunt omnē spēm spasmi puerib⁹ a quacūq; cā pter quā a dolore ad quaz puberes ꝛ pfectiores etate sunt magis parati pp pfectionem sensus eoꝝ: Et dicūt. pueri facili⁹ incurrūt spasmū humidū ppter simbolū humiditatis ipsoꝝ: ꝛ pp repletionē quā multipli/ cāt pueri ex inordinato regimine supra iuuenes: ad q̄s cās coadiuuat maior teneritas ꝛ raritas subē neruoꝝ ipsoruꝫ pp quā faciliter recipiūt supfluitates. ¶ Dixit Ari. in vlti/ mo libri aialiuz: ꝛ ponitur a Rabi in 9ª pticula suoꝝ asso. Multotiēs plurib⁹ pueroꝝ spasm⁹ accidit: quoꝝ cib⁹ bo/ cus est pp copiā lactis pinguis q̄ sugunt a nutricib⁹ suis carnis fertilis. Et hui⁹ egritudinis cā est lactis bibiti mul/ titudo. ¶ Ex dictis appet q humiditas est cā spasmi hūi/ di repōnalis: ꝛ pōt esse ꝓiuncta cū frigiditate ꝛ caliditate. ¶ Dixit Aui. causa eēntialis spasmi humidi aut est hūidi tas ꝛ frigiditas: ꝛ friditas adiuuat ſm congelationē. i. con gelādo illam humiditatē. sup. ꝛ aliqñ est cā eius hūiditas absq; friditate. s. vel cū equalitate actiuaꝝ: vel cū caliditate ꝛ tunc hūiditas nō est congelata. Et subdit. aut ꝓ ficut cā eēntialis spasmi ficci est siccitas ꝛ caliditas iuuat sup ꝓsecu tionē. i. ꝓsecutionis: q. s. resoluit humiditatē. sup. vel est cā spasmi ficci siccitas cū equalitate actiuaꝝ: hoc tū raro ꝛ pa ruz inuenit: tant cuz friditate congelāte ꝛ idurante neruos vt supra patuit. ¶ Et patēt ex dictis cause spasmi ꝑmitiue antecedētes ꝛ ꝓiuncte. Nā ꝑmitiue sunt que supra enume rate sunt ꝛ illis silēs. Antecedētes vo spasmi humidi sunt humor coaceruat⁹ in corpe: ꝛ maxime in loco ꝓpinquo ner uis ꝛ lacertis ꝛ viaꝝ largitas ꝛ neruoꝝ debilitas ꝛ similia. ¶ Spasmi vo ficci cā añs erit cōplexio mala resolues ꝛ cō sumens humiditatē mēbroruz: ꝛ potissime neruosoꝝ: ꝛ p/ cipue si illa mala cōplexio erit in cerebro vel loco ꝓpinquo neruis. Et hūiditatis corpis habilitas resolutiōi ꝛ neruo/ rū debilitas. Et spasmi non ꝓportionati ad mām cā ante/ cedens erit mala mā mordicatiua vel venenosa in corpore coa dunata: multa sensibilitas oris stomaci ꝛ mēbroꝝ ner uosoꝝ: debilitas cerebri ꝛ neruoꝝ ꝛ similia. Et cā ꝓiuncta spasmi humidi est humor existēs in neruo vel neruis ꝛ la/ certis actu faciens extensionē in latum ꝛ decurtās in lōgū. Et spasmi ficci cā ꝓiuncta est maxime siccitas actu inducēs contractionez in neruis. ¶ Et spasmi non ꝓportionati ad mām cā ꝓiuncta est mā actu mordicās mēbra sensitiua aut mala qualitas actu ledens cerebrū: vnde fugit ꝛ contrahit ꝛ similia. ¶ Dixit Gal. 3⁰ de interioribus. ꝛ ponit. i. cōtinē. q̄ spasmus est ex caliditate exiccant neruū: ꝛ q̄ est ex fri/ giditate coadunant. Et q̄ est ex humiditate ingrossant ꝛ incurtātur: ꝛ q̄ est ex humiditate mordicāte ꝛ pungente corrugantur ꝛ incurtātur ꝛ coadunant: sicut accidit in sin/ gultu. Reddētes qdam cām cōtractionis neruoꝝ in spas/ mo: dicunt q ad maiorē vel diminutionē alicui⁹ dimen sionis pter nām segtur diminutio vel augmentū in alia: nō tñ semp. nam sicut pōt fieri augmentū ꝛ diminutio ſm oēz dimensionez in dispōne nāli. ita pōt fieri in dispōne pter na turā apparet de augmēto in mēbro hydropico: ꝛ de dimi nutiōe in corpe qō vītur de quo aliqñ minorat longitudo latitudo ꝛ pfunditas. Si itaq; dicunt maiorītas fit p posi tionē rei nouē priꝰ nō existētis segtur diminutio in alteri aliarum dimensionū: non tñ in ambab⁹ alijs: vnde reperi/ aliqō membrū simul maiorari ſm longū ꝛ pfundū ꝛ minu rari solū ſm latū: erit ergo lōgius ꝛ grossius: tñ stricti⁹. Et sīr fieri aliqō corpus lōgius ꝛ latius: tñ erit tenui⁹. Si vo maiorītas fiat vni⁹ dimēsionis pter nāz absq; positione re nouē: sed fiat ab extrinseco nēcio sequet minoratio alteriꝰ dimēsionis: vt pz in corio: qō si elongatur strictificatur ꝛ dilatetur decurtat. Et rō est: qz si aliquod corp⁹ ꝓtinuū tra hatur ſm longū tēpus partes exītes ſm latū mouent ver sus centrū ipsi⁹: qbus factis ꝓpinquioribus centro fit stri ctura eius. Et sīr idez ꝓtingit de ptibus exīt̄is ſm latū q ptes existētes ſm longū tendūt ad centruz: vnde accidit de/ curtatio. Et dicūt. q ad diminutionē profunditatis segtur pluries augmētū longitudinis. Et q pluries ad augmētuz latitudinis ꝓsequit diminutio ꝓfunditatis siue grossitiei: pp enim distractionez partiū ſm latū pars fit a parte distra ctior: nō tanta ergo existēte partiū cōculcatione corpus re manet subtili⁹ q̄z ante. ¶ Differētia inter paralysim ꝛ spas mū est multiplex. ¶ Dixit. A. mā faciens spasmū est gro/ sior mā faciente paralysim: ꝛ ió faciēs spasmū inflat ꝛ tēdit neruū in latū: vnde membrū decurtat: mā enim faciēs spas muz dixit Aui. non efficit ipm nisi pp suam grossitiē ppter quā non mollificat neruū: sed mā faciens paralysim nō ēt grossa: imo est liqda fluida. quare nō inflat neruū: sed ibi bitur in poris ei⁹: mā itaq; spasmi: q. grossa nō intrat fora mina mēbri parua ꝛ minuta: sed magna ꝛ ibi constringit ꝛ ex hoc ampliat parietes illoꝝ foraminū magnoꝝ: vñ mē brūz dilatatur ꝛ decurtat. Et hoc inuit Aui. cuz dixit. ipsa nō facit spasmū: nisi q. nō est ingressa subaz villi paruo in troitu. i. ad ptes paruas ꝛ poros villi quo iuuet. s. ad molli ficandū sicut in paralysi in qua mā ingredit subam villi in troitu paruo. i. ad ptes puas quo in itroitu iuuatur ad mol lificandū: sed est coartata in foraminib⁹. i. poris māiestis ꝛ magnis musculis ꝛ neruis. Sed mā faciens paralysim ēt subtiliata ꝛ ingressa in puissimos poros: vñ suba villi made fit ꝛ mollificat: ꝛ mollificat⁹ pōdere suo distēdit ꝛ elōgat. Et in paralysi qdē maior opil'o ꝓcurrit q̄z in spasmo. ¶ Di xit Gerar. in paralysi est semp opilatio: in via. s. trāsit⁹ spūs aialis: sed in spasmo est repletio sine opilatione. s. ꝓhibēte transitū spūs aialis: ꝓpter cuius transitū. dicūt qdaz. vīus digestiua remanet in mēbro spasmato: sicut pp eius nō trā situz deficit in mēbro paralyticato: quare mēbrum paraly/ ticum macrescit ꝛ attenuat. spasmatū vero nō: sed remanet ſm dispōnem habitudinis sue. ¶ Et in paralysi qdez pars sana trahit ad se partē egram: q. nerui mollificati euacuati sunt spiritib⁹ ꝛ vīute. nerui vero ptis sane fortificati sunt in vīute sua plurib⁹ spiritib⁹ ad eos trāsmissis: mittunt. n. ad neruos sanos spūs consueti: ꝛ etiā hi q nō pōt mitti ad neruos egros: quare poterit est pars sana trahere ad se par tē egram. Et in hoc nititur ne illa nimiū relaxet ꝛ elongetur. Sed in spasmo est ecōuerso. Nā pars infirma ꝓtrahit ad se partē sanaz violēter: neruos. n. ꝓtractos sequunt partes ui cine sane illis adherētes. ¶ Et mēbruz qdem spasmatū nō sine difficultate ꝛ dolore magno extēdi pōt ꝛ ad locuz pri/ priuz reduci. Sed paralyticatū sine difficultate ꝛ dolore in dispōne sibi debita reduci pōt. ¶ Insup in parte spasmosa nerui tensi ꝛ rigidi reperiunt ad tactū: sed in pte mollificata sunt absq; tensione ꝛ rigiditate. ¶ Et spasm⁹ qdem non ꝓlongatur qn vel liberet vel accidat: paralysis vo pmanet pte extenso. ¶ Dixit Aui. spasmus est epilepsia mēbri spas matitita epilepsia est spasm⁹ totius: ꝛ inuit q spasmus pōt

dici

dicī epilepsia ꝛ epilia spasm⁹. Dīnt tñ ſm Hal. 3° de iterio. vt ponitur. i. ꝯtinen. q⁹ spasmus semp concomitaf patien/tes ꝛ assidue accidit ꝛ inuadit: epilepsia vo ꝙ interualla. Et tes ꝛ assidue accidit ꝛ inuadit: epilepsia vo ꝙ interualla. Et q⁹ non ledif memoria in spasmo sicut in epileptia. Et in ca/pitulo de epilepsia dcm̄ est. q⁹ ipsa est spasm⁹ cōis: spasmus vo ci ⁊tra distinct⁹ non est cōis nec vñs toti: sed est pticula/ris vni vel plurib⁹ mēbris: vel etiaz toti ꝑter mēbra faciei. Et dcm̄ fuit q⁹ epilepsia pluries resoluit velociter: spasm⁹ vo nō nisi aliquis de genere nō ꝓportionati ad mām vt fa/cius a ventositate. Et dictū fuit q⁹ epilepsia est morb⁹ pio/dicus: spasmus vo nō nisi rarissime. Et in capᵒ de apople/xia dictū fuit spasmū ꝛ tetanū posse concidere cū ea. ¶ Di/cit Auicē. qñqz fit spasmus: ita fortis q⁹ cōtorqueatur cer/uix. i. collum ꝛ strideant dentes: ꝛ hoc erit qñ occupat fere omnes musculos colli ꝛ mandibularū.

Signa ꝓcedentia spasmū ꝓnosticātia ipm futurum ꝛ est de repᵒne. dixit Aui. sunt paruitas pulsus ꝛ ispi⁹ raritas. primū deinde ipsius permutatio ad illud qō dcm̄ est ab eo: ꝛ est illud qō dicetur de pulsu i signis demō/strationis spasmi: ꝛ puitas quidem in pulsu fit pp pressionē ꝛ ꝙstrictionē arterie: ꝛ raritas fit diminuta necessitate ꝓpter infrigidationē sequētem ad flegma colliquatū qō fluxurū est in neruos: ꝛ facturū spasmuz. ¶ Et dixit. multotiēs ru/bificaf facies pp aliquos vapores eleuatos in defluxu hu/morū ad neruos vel de fluxu eoꝝ versus spūalia. Unde cō/stringunf. ¶ Et dixit. apparet in oculis cōtorsio ꝛ inclina/tio. s. ad vnaz partē: ꝛ hoc accideret qñ pars hūoris ꝓueni ret replere lacertos oculoꝝ. ¶ Et dixit. apparet in anheli/tu intersectio ꝛ disnia. s. aliqñ ꝛ hoc eēt qñ pars humoris ꝓueniret replere lacertos pectoris ꝛ spasmare eos: quib⁹ spasmatis accidit intersectio in pultu: sicut dixit Hal. 6. affo. in cōmen. affo. in acutis passionib⁹ ꝛc. ¶ Et qñqz accidit. dixit Aui. risus nō ſm radicem. i. non ver⁹ risus. sed appa retrisus ꝓpter contractionē lacertoꝝ mandibulaꝝ: ꝛ hoc esset qñ mā ꝓueniret replere eos. ¶ Et dixit. cōstringit nā ꝛ deficcaf. s. qñqz: fiūt enim ventres stiptici ꝓpter raptū ma terierū ad ptes neruoꝝ vel ꝓpter defectū musculoꝝ vētris in cōprimēdo: vel q⁹ materie portio ꝓeuenit replere ꝛ spas/mare lacertuz ani: cuius spasm⁹ ꝓhibet exituz egestiōis vt Auic. dicit. 20ª tertij. capᵒ de causis multitudinis spma/tis. ¶ Et dixit Aui. vrina multotiens retinef ꝓpter raptū māeruz ad neruos: vel qñ ꝓuenitur spasmari lacertus colli vesice. Et subdit Aui. ꝛ multotiēs non retinef vrina: vt qñ vrina esset plena: q̄re erūperet vrina ad extra: vel q⁹ ꝓueniret spasmari lacertus ventris: ꝛ tunc ꝑmeretur inde vesica. Et tunc egredif vrina sicut aquositas sāguinis nocumēto cōi/cato renibus a lesione musculoꝝ spine. Et hz vrina ampul las vaporibus flegmatis illi ꝑmixtis. ¶ Et dixit. accidit ei singult⁹ nocumēto cōicato stō vel singult⁹. i. dispō sitis sin gultui. Nā dīt. q⁹ expiētia appet q⁹ spasmāte hoie sit dispō sitis singultui in ictu ꝙtractionis musculoꝝ ventris ꝛ spi/ne. ¶ Et accidūt vigilie. s. qñqz: ꝛ hoc aut ꝓp vapores ma/los cōicatos cerebro aut ꝓpter dolorē capitis facientē vigi lare. ¶ Dixit. n. Auic. ꝛ accidit eis soda nocumēto cōica/to capiti: ꝛ dixit accidit qñqz timor aut tremor. i. iectiga/tio mēbroꝝ vaporib⁹ flegmatis directis ad illa. ¶ Et acci dit dolor sub iuncturis, i. circa loca ꝛ ꝓncipia lacertoꝝ pro pter mās illuc motas: ꝛ maxime sub iūctura cervicis. i. col li: ꝛ inter spatulas ꝛ alkatin ꝛ alkauso. i. caude. Et in sūma in iuncturis que sunt a collo vsqz ad caudā ꝓpter ꝓncipia neruoꝝ que sunt inde. Notant q⁹ ꝑdicta signa aliqñ etiam figūant ꝓncipium spasmi: ꝛ aliqñ etiaz eueniunt in ꝓcessu spasmi: ꝛ qdaz ex eis significāt spasmū ꝑticularē actu: vt di ctuz est. Et dīt. q⁹ qñ actu est spasm⁹ particularis ꝛ ꝑdicta signa eueniunt tunc significāt futurū spasmū vlem. ¶ Di/cit Serar. sup nono Al. qñ ꝓcesserit mēbri tremor ꝛ dimi/nuitur mot⁹ eius: tunc ꝓnunciat spasmū futuruz. ¶ Dixit Auil. qñ in oculis ꝛ mēbris faciei appet contorsio ꝛ tēsio ꝛ saltus ꝛ rubor vltra debitū ꝛgnificat spasmū.

Signa demōstratiua generis Hal. in cōmēto pulsuū/ de pulsu spasmato ꝙ dixit. pulsus eorum e di/uersus: ita. n. motus ineqles ꝛ diuersos translata arterstia si cut chorda. s. tensa facit. Nō enim diastolis ꝛ sistolis appa ritio est: sz ꝓcussioni magis assimilaf: ꝛ sicut innuit q⁹ arte ria tota ꝓcutitur eo q⁹ est tensa indurata: ita q⁹ cuz aduenit diastoles: quasi tota arteria sursuz videf eleuari: ꝛ cū adue nit sistoles tota inferi⁹ pelli. Et hec diuersitas dī esse in si/tu q̄ diuersitas vtplm est in tota arteria. Et aliqñ est in ma iori ꝑte eius: q⁹ cum sit tensa ꝛ dura nō est bene dilatabilis ꝛ ꝙstringibilis: ita q⁹ non pōt bene in ea apparere diastoles ꝛ sistoles ꝓprie. Et pōt esse ista diuersitas in situ in diuersis ptibus arterie: qm̄ erit vna ps eius depressa ꝛ alia erit sub/leuata ꝛ alta: qō contingere pōt ꝓpter ipsius ꝙstrictionez: vnde subdit Hal. q⁹ iste mot⁹ arterie concussiōi. i. agitatio/ni vel tremori assimilaf velut exilienteideſt surſuz saliente arteria: ꝛ rursus int⁹ispasmāti: ideſt spasmose eunti ad inte riora. s. in sistole: ꝛ hoc qdez erit qñqz districte. i. in diuersis tēporib⁹ tota arteria hoc patiente: sed ꝛ in vno tempore. s. aliqñ erit: multotiēs eniz vna pars eius ferri surſuz videf: quēadmodū sagitta. Alia vo intus ferri quēadmodum ab alio tracta. Et hec qdem pars cito moueri videf. illa vero tarde: ꝛ hic pulsus erit cuz spasmus ꝓuenit ad brachiū vel aliud membrū: cui⁹ arteria tāgeretur. ¶ Dixit Auicē. pul/sus spasmatoꝝ est extensus. i. dur⁹. ꝛ est diuersus in situ ꝑz diuersitatē supradictam: ꝛ est ascendēs. s. arteria: q⁹ eleuata in surſuz ꝛ dimittēs. i. depressa ſm diuersas ptes. Et q⁹ cor pus arterie est durū: ideo concussio cū fit dyastoles subito appet: ꝛ similiter cū fit sistoles: ita q⁹ fiunt quasi in tpe non ꝓcepto: ad qō denotandū subdit Aui. sunt sicut sagitte eua dentes ex arcu sagittarij. nā sicut exit⁹ sagitte ex arcu ē subi tus ꝛ subito ferit: ita ꝑdicti motus concussiui in pulsu su/bito fiunt: sive ipsi fiāt in diuersis partib⁹ in tota arteria si/ue fiant in vno tēpore in diuersis partib⁹ arterie: ꝛ q̄uis ita subita fiant ꝑdicti mot⁹: tñ vt dixit Auic. inter se diuersifi cāf i velocitate ꝛ tarditate. Nā dato q⁹ oēs velocitēf ꝛ fiāt subito altero: tñ vn⁹ fit magis subito: pole. n. est q⁹ eleuatio arterie fiat subito ꝛ tract⁹ ei⁹ ad itra fiat magis subito vt vi deatur q⁹ subito dispareat. Et sic mot⁹ eius ad extra appa/rebit tardus respectu mot⁹ eius ad intra qui apparebit ma gis velox. Et silr ecōuerso: mot⁹ eius ad extra appeat velo/cior: ꝛ mot⁹ ad intra tardior. Quod etiā pōt contingere ꝓ/pter debilitatē vtutis: que conata mouere arteriā iobediē/tez vno motu non pōt eā sic velociter mouere in alio motu. ¶ Dixit Aui. ꝛ Hal. etiā hoc innuit vena. i. arteria est cali/da ꝛ magis calefacta alijs mēbris: cuius cā est: q⁹ arteria in spasmo nō est bene dilatabilis ꝛ ꝙstringibilis: vt dictū est: ꝛ q⁹ quasi tota simul moueſ ꝛ subito calidū in eo existens nō bene nec sufficiēter euētatur: ꝛ si non euētatur intendif: ꝛ loca arterie reddit calidiora. Et qdam dicunt: q⁹ habi tus corpis in spasmo repletionali ꝓpter vapores frigidos redditur frigidior: vnde tact⁹ arterie iudicat esse eā calidio rem. Et dicunt. q⁹ in spasmo de inanitione arteria appet ca lidior eadez rōne qua apparet in ethicis. ꝛ dicunt q⁹ cā est: q⁹ calor in arterijs habet māmcalidā subtilem ꝛ spūm cū qbus potest se calor manifestare ꝛ presto: in alijs aūt mem/bris exiccatis calor carēs tali mā non presto se repꝛesentat tactui: vnde minus calida apparent. Et dixit Aui. corpus arterie est collectū: ideſt aggregatū: quia spasmus facit q̄z/dam aggregationez in musculo spasmato: vnde aggregan/tur partes ipsum cōponentes ꝛ ei adiacētes: ꝛ sic colligitur arteria. Et talis aggregatio repsentat quādam duritiem q̄ videtur esse similis duritieb⁹ tribus. s. duritiei que fit in ri/gore: ꝛ que fit in febre cronica: ꝛ que fit in forti dolore vi/scerum: ꝛ tñ nulli earū est vere similis. vnde Auic. subdit.

nō ſicut eſt collectio venarū:ideſt arteriarū in rigore:qa in rigore fit ex fuga caloris int⁹:neq; ſicut eſt illud qō coartatū eſt:ideſt induratū ⁊ tenſum:ſicut fit apud duritiē arterie ꝓpter longitudinez egritudinis. Neq; eſt ſimilis duritiei q̄ fit cū dolore viſcerū fortī. Sed eſt ſicut eſt aggregatio intestini extenſi ab extremitatib⁹ ſuis. Et videt ꝙ imaginet arteriā que eſt membrū concauū:que in ſpaſmo aggregat a ſuis extremitatib⁹ verſus medium. Et eſt hic ſermo quē fantaſiauit Hal. loco ſupra allegato. Et verificat in ſpaſmo humido ⁊ ſicco. Sed in ſpaſmo a dolore cōtractio ⁊ tenſio ſiue aggregatio fit a medio verſus ꝓncipiū ⁊ nō ad mediuz ab extremis. Et Auí. ſubdit. ego dicā ſigna doloris in ſpaſmo:ideſt ſpaſmi a dolore viſceruz poſt:quaſi innuat iſtud ſignū non eſſe in ſpaſmo a dolore:qm̄ in ſpaſmo a dolore viſceruz arteria eſt tenſa verſus mediū. ¶ De ſignis generis dixit Al. cuz aliquod mēbruz alicuius contrahit:⁊ ad ſuā redit oziginez pluraq; ex mēbris ſic diſponunt ipſa eē ſpaſmata ꝓnunciam⁹. ¶ Dixit Hal. 6° pulſuū. ⁊ ponit a Rabi ꝓma ꝓticula. Cū ſpaſmat genus nerui cōpatiunt ſibi vene pulſatiles in dolore:ex eo ꝙ reticula orta ex neruis pulſatilib⁹ ⁊ neruis ꝓticularib⁹ adinuicem cōmiſcentur. Et dixit. in micro pulſus:⁊ ponit a Rabi i quarta ꝓticula. videt ꝙ pulſus ſpaſmati vehemēs ſit magn⁹:iple tamē neq; paru⁹ neq; debilis eſt:non tñ inq̄tū appet eſt vehemēs ⁊ magn⁹:recipit enim pcuſſio ei⁹ que ineq̄lis eſt:⁊ eſt quaſi ex taliēte ſurſuz cōmotans tremulo ſiſus. ¶ Dixit Ser. ſup Uiati. ex ſpaſmo vt frequēter contingit diſnia. Et ſpaſmato; vina frequenter eſt rubea tenuis. Aliqñ tñ diſcoloratur pp reſolutionem vtutis. ¶ Dixit Huſ. in ꝓncipio in ſpaſmo cum febre eſt rubea. cum aūt trahit mā ad caput fit alba.

¶ Signa ſpērum. Signa repletionalis dixit Hal. in cōmēto affo. febrem in ſpaſmo ⁊c. ꝙ qñ ſubito ſupuenit ſpaſm⁹ ſa no:neceſſe eſt eſſe de repl'one. Dixit Ser. ſpaſmus de repl'one accit ſubito ⁊ mollificatur mēbra ſtatim. i. replent mā molli humida. ¶ Dixit Uiati. opz vt itelligam⁹. ꝙ ſi ſano homini ſupueniat ſpaſm⁹ ſubito ꝙ ex plenitudine efficit. ¶ Dixit Auic. accidit ſubito:qz ſubito defluit mā ad neruos. Et dixit. mēbrum ſpaſmatū nō bibit neq; exucat velociter oleuz qō ſup ipſum fundit niſi aduenerit ei caliditas ꝓpinqui temporis. i. extranea aduenticia que ſit cā exiccatiōis ei⁹. Dixit Huſ. nō velociter ſubintrat in mēbrū oleū vel vnguētum niſi ſit caliditas addita in eo:aut febris. Dixit Raſ. in diuiſionib⁹. accidit cum repletione corpis ⁊ apparitione ſignoz repl'onis. Oēs auctores cōiter concordāt ꝙ iſte ſpaſmus accidit ſubito. Raſis autē vbi ſupra. dixit. ꝙ accidit paulatim:ꝓpter qō notāt ꝙ ſpaſmus q fit ex defluxu materiei ad neruos fit ſubito:q vero fit per viā cōgeſtionis materiei in neruis fit paulatiz. Et fortaſſe poſſibile eſt ꝙ fiat a mā multū groſſa paulatine ſubintrāte neruos:⁊ ꝙ fiat paulatim de quo intellexit Raſis. Et dicūt. ꝙ ſpaſmus de repletiōe ⁊ ſpaſmus non ꝓportionat⁹ ad mām poſſunt accidere ſubito:⁊ in corpe apparenter ſano ⁊ in corpe egro:vt ex dictis ſupra pz:⁊ experiētia declarat. Sed Hal. vbi ſupra. ⁊ alij auctores ſolum dixerūt hoc de ſpaſmo de repletione:quia iſtm ſm plurimū fit abſq; leſione manifeſta precedente. Sed non ꝓportionat⁹ ad mām ſz plurimū ſit manifeſta precedente leſione.

¶ Dixit Huſ. pulſus in ſpaſmo de repletione reperitur cuz latitudine quadam ⁊ mollitie qō dictuz non videt ꝓſonū dictis ſupra de pulſu ſpaſmatorum.

¶ Signa ſpaſmi ficci. dixit Hal. 3° de iteriorib⁹. ſuperuenit poſt fortem dolorē:aut vigilias:aut febres:aut imoderatā purgationē:⁊ eis ſimilia que euacuāt corpus fortī euacuatione. ¶ Dixit Ser. diſpō ſpaſmi ficci nō ſubito:ſed ſucceſſiue accidit ſm tranſitū dierū cum cōplexione ficca. ¶ Dixit Auí. fit paulatim paulatim:⁊ ſucceſſione egritudinum euacuantiū ſiue occulte ſiue manifeſte:aut eūonū ꝑ medicinas:aut colerice paſſionis:aut eūonis per ſe. i. ſponte euenientes. Et ipſe qdem ſemp ſupuenit corpi apparēter egrinſecis ſiue itrinſecis ꝑ cōitatez ad aliq̄ membra ſigna mentoz vel anteceſſiōe illaz cārum ⁊ pñtia non fit ſpaſm⁹:ſubdit tñ. A. ꝙ qñcunq; fit ſpaſmus cōitate mbri multuz ſentiētis:tunc dolor in illo mēbro ꝓcedit ſpaſmuz. Sed qñ fit cōitate membri obtuſe ſentiētis dolor nō ꝓcedit:ſed fit cuz ſpaſmo aut poſt ſpaſmū. ¶ Dixit Ser. ſup Uia. in ſpaſmo adeſt dolor cuz eſt de repletiōe ſicut accidens:in aliis aūt non eſt niſi ſit ſicut cā. ¶ Dixit Huſ. in ſpaſmus fit a vētoſitate inflatur venter ⁊ multiplicat vētoſitas in mēbris ⁊ cōmotio ⁊ ſaltus. ¶ Dixit Raſ. i. continentis. ꝓma mēbra que apparēt ſpaſmata in membra ex aūpate ſpaſmato ſunt illa que ſunt ipſi mēbro ꝓpinquiora. Et qñ aūpa peruenit ad radices neruoz ⁊ dñabitur ſpaſmus toti corpori. ¶ Dixit Auic. factus ex aūpate cognoſcit per que dixim⁹:qz. ſ. appent ſigna alicui⁹ aūpatuz ad que pōt qui ſpaſmus. ¶ Et dixit Auic. ꝙ vina cruda in febrib⁹ ⁊ rigore qñ cū eis aſſociant ſudor in capite ⁊ tenebroſitas in oculis ſigñant ſpaſmū:cui⁹ cā eſt dubelleth. i. aūpa ſanitatē qō erūpit in viſcerib⁹. dicūt iſta ſunt ꝓprie ſigna eruptionis dubelleth:⁊ iō Auic. debuiſſet dixiſſe. ſignificāt eruptionē dubelleth in viſcerib⁹ ad quā poteſt ſequi ſpaſmus.

¶ Signa ſigñantia ſpaſmū futurū in febrib⁹. ¶ Dixit Ipo. 3° ꝓnoſt. ⁊ ponit ab Auic. in hoc cap° ſunt:qz accidit ante ſpaſmū timor in ſomno ꝓp ꝓuos vapores aſcendētes ad caput. Et cōuerſio coloris ad rubedinē ⁊ viriditatez ⁊ plā bositatem ꝓpter diuerſitatē mārum malaz:⁊ accidit conſtrictio nāe ꝓpter raptum materierū ad ſuperiora. ¶ Dic. ſigna mala que cuz apparēt in febrib⁹ nunciāt ſpaſmū futurū ſunt tortura facie:⁊ ſtridor dentiū ⁊ aſſiduus motus palpebre ſupioris. In pueris vō ſunt vigilie ⁊ timor plectus:motꝰ totius corpis ⁊ extenſio ⁊ ventris cōſtipatio. et color viridis aut liuidus ⁊ mutatio coloris in ꝓiuz. ¶ Dixit Auí. ſpaſmū contingentē cā febris ſigñat ⁊ nūciat iſtm in febribus oculi contorſio ꝓpter ſpaſmū lacertoz oculis tubificatio in extremitate oculi. ſ. circa lachrymalia ⁊ in orcuitu pp febrez fortē inflāmantē:⁊ ſtridor dentiū ꝓpter ſpaſmū mādibularū:⁊ nigredo lingue ꝓpter febrē aduſtiuam:⁊ ꝓſtrictio cutis capitis. i. contractio pp exiccationē eius:⁊ rubedo vine primū pp caliditatē febrilē:⁊ albedo ei⁹ poſt pp raptum mārum ad caput ⁊ neruos:⁊ pulſatio timporū pp mās ad caput aſcendētes. Et qñq; deſiccat venter mo ſemp niſi adeſſet fluxus liquefactiu⁹. Et qñq; ſpaſmat venter:vt qñ inciperet a muſculis eius ſpaſmus.

¶ Dixit Raſ. i. ꝓtinen. qñ bō eſt ſpaſmatus. ⁊ ante ſpaſmuz ſentit abhominationē ⁊ malitiā anhelit⁹ ⁊ murmurat multuz tunc eſt ſpēs ſpaſmi ꝓueniens ex cōitate cerebri cuz oſtōi. dixit Auí. ſi nocumentū eſt ex ſtō ⁊ cōicat ei cerebrū:deinde nerui ſentit ante illū ſollicitudinē ⁊ anguſtiā ⁊ obſtiones. i. tribulationē ſtomaci:⁊ qñq; reperit iſtud tēpus ſpaſmi. Et qñq; eſt ille ſpaſmus ſucceſſione vomit⁹ qui eſt ſicut ſuccus porri:aut erugo eris:⁊ factuz ꝓpter fortitudinem ſenſus oris ſtomaci preced it nocumentū in ore ſtomaci ⁊ mordicatio:qm̄ quotiēs effundit ad ipſum mā. ſ. mordicatiua ſpaſmatur plurimum.

¶ Dixit Hal. 3° de interiorib⁹. ⁊ ponit. i. ꝓtinen. qñ accidit ſpaſm⁹ in oculis labijs fronte tympoꝛib⁹ ⁊ lingua:qz nerui veniūt ad has partes ex cerebro notū ſit ꝙ nocumentum eſt in cerebro:⁊ qñ ſpaſmus eſt in toto corpore:ita ꝙ etiam in mēbris capitis:morb⁹ eſt ex cerebro:⁊ qñ eſt in toto corpore ꝓter faciem morbus eſt in principio ſpinalis medulle. Et ſi eſt in aliqbus mēbris corpis morb⁹ eſt in neruis pertinentib⁹ ad illa mēbra. Et ſi ſpaſmus eſt in anteriori parte morb⁹ eſt in anterioribus muſculis:⁊ ſi i poſterioribus eſt in poſterioribus,

steriorib⁹. ¶ Dixit Hilibert. aliqñ euenit spasm⁹ in naso: vt in vicinātib⁹ ad mortez. ¶ Dixit Statba. vt ponit. 1. pti/ nen. possibile est q̄ ad tantuz deueniat spasm⁹ q̄ torqueat colluz z caput: z inducat stridor dentiū: z filr pole est dor/ fuz z pectus torqueri z incuruari. dixit Aui. cū mäe sqnan tie declinät ad neruos. i. ad eos pmutate faciät euenire spas/ mū: significat illud apparitio spasmi in pulsu: qz appet pul sus signans spasmū futurū aut pñtem. Mot⁹ etiā p̄ctiui q̄ pcipiunt in brachio apud tactū pulsus sunt signū malū: nū ciant. n. futurū spasmuz. Cum vo mā pleuresis declinat ad illud. s. ad neruos vt faciat spasmū. dixit Aui. significat for titudo ꝓstrictiois anhelit⁹: z neq̄ est febris valde fortis. s. tunc: qz mā repit ad alias ptes. Cum vo pmutatur mā sir/ sen ad illud. dixit Aui. tunc incipit cū tremore z multitudi ne palpitationis z stridore dentiū: que sunt signa pmutatio nis mäe versus neruos: deide torquef oculus z torquetur cervix: deinde appet spasmus. s. ēt in alijs membris.

¶ Signa mala in spasmo. dixit Gal. in lib. de signis mortis z ponit a Rabi in 6ª pticula. risus accidēs tetanū patien/ ti mortem signiat ipsa hora. ¶ Dixit Ruffus. qñ in spasmo hūido venter replef vētositate hz signū malū: z cū inflatur venter in spasmo est signū mortale. ¶ Dixit Aui. ex signis malis in spasmo est: vt multiplicef ventositas in mēbris: z ꝓpie qñ cuz ea inflatur venter z p̄cipue est in p̄n⁹ sui. sup. z multo deteri⁹ est in augmēto z statu. Nā ventositaꝫ mul tiplicatio est signuz defect⁹ caloris nālis qui oz digerere z dissoluere mām spasmi. ¶ Et dixit Auic. vrina acuta. i. fi/ gnificās mām acutā vel caliditatē in spasmo z thetano est mala: qz significat q̄ caliditas est pura z fortis. alr q̄ cā est prava z fortis. ¶ Et dixit. q̄ qñ cuz spasmo sunt pulsatio. s. in ventre z salt⁹: z tunc illud est signū malū: qz salt⁹ signi ficat multiplicatioue vētositatis saltum faciētis que mala est vt patuit. Et pulsatio est mala pp vnam duaꝝ cārū. Nā significat aut apa in viscerib⁹ magnificās pulsationē donec pcipiat aut extenuationē in viscerib⁹: quare appet. i. sentif pulsus magn⁹ qui est pp pulsationē magnā: qz sentif pul/ satio arterie magne descēdentis que oz pulsator magn⁹: q̄ non oz nāliter pcipi. ¶ Dixit Raſ. 1. ꝓtinen. vidi quandaz mulierē cuius iferior mādibula repcutiebat supiorem assi due: z aliqñ supior inferiorē. Et ego conduxi vtrāq̄z mādi/ bulā forti ligatura: q̄ non errarēt: z nullo modo obtinere potui q̄ non sonarēt: z ei⁹ corpus intantū inflabaf q̄ vide baf sibi scindi per mediū: z principiū hui⁹ morbi fuit spas mus humidus: z cuz morb⁹ cōpleuit totuz laborē suuz ces sauit verberatio mādibulaꝝ: z incepit fortiter frēdere den tibus z non inflabaf: z tunc ilico fuit mortua. ¶ Et dixit. vidi quendā qui ambulauerat multū per solem z fuerat in nimio exercitio. ¶ Et ob hoc superuenit ei spasm⁹ z stetit extensus z pstratus in terra p aliquos dies: z vltimo mor/ tuus est. ¶ Dixit Gal. vrina nigra in spasmo apparēs mor tem significat: z filr in paralysi apoplexia epilepsia pleuresi pipleumonia dissinteria z colerica. ¶ Dixit Serar. sup 9° madefactio mēbri z mutatio coloris ei⁹: z non iuuari a re/ mediis signa sunt icurabilitatis. ¶ Dixit Gal. 12. tera. z po nitur a Rabi in 3ª pticula. neminē reperi patientē spasmū ex apate calido in cerebro liberatum nec audiui. ¶ Signa mortis velocis in spasmo sunt: qñ tetanus accidit vel spas/ mus ex pcussione vel qñ accidit cuz torsione vētris vomi/ tu singultu z defectu memorie: z cuz accidit tetan⁹ in ante/ riori vel posteriori parte z supuenit ei risus eadez hora mo ritur: vt ponit Rabi in sexta pticula. ¶ Dixit Gal. 3° pro/ stico. z Ipo. ꝑma epidimiarū. spasmus min⁹ periculosus est in pueris. vñ. A. dixit. q̄ pueri faciliter liberanf a spas/ mo de repletione pp fortitudinē vtutum cordiū z epatum suorū. vtutes enim nāles in pueris sunt fortiores: vnde me lius z citi⁹ digerif in eis mā spasmi humidi: z filr resolui tur z euacuaf: z qz humores eoꝝ nō sunt inobediētes. s. digestioni resolutioni eūoni: qz nō sunt vehementis grossitiei sicut in puectis. Et facit ad citiorem curā eius in eis magis simbolū cōplexionale qō habēt pueri cuz cā spasmi humi/ di plusq̄z puecti. ¶ Et dixit Aui. pueri liberātur a spasmo sicco velociter ꝓpter humiditatē cōplexionis eorū z humidi/ tatē cibi. alr cerebri ipsoꝝ. ¶ Dixit Glosator q̄ Auicē. in hoc dicto logtur de p̄seruatione pueroꝝ a spasmo sicco nō de curatiōe: Et oz sic exponi. pueri liberanf a spasmo sicco velociter. i. pp cām velocē vel leuem: cum. n. hūidi non ca/ dunt in spasmū siccuz a cā veloci vel leui. ¶ Dicūt qdā. po test etiā dici q̄ Auic. ēt loquatur de curatiōe ei⁹: z q̄ pueri velociter liberētur a spasmo sicco: z rō est q z pueri icidunt in ip̄m leui cā: est enim magis ꝓformis q̄z puberib⁹ z iuue/ nib⁹ vt patuit: non qdem pp ꝓportionē humidi eoꝝ z cō/ plexionis eorum ad spasmū siccū pp ꝓportionē humidi ip/ sorum ad cām exiccantez in hoc q̄ est facilius exiccari hu/ midū pueroꝝ aereuz z euaporabile existēs plusq̄z puberū z iuuenū: mō qō a leuiori cā iducitur velociꝰ auferf. ¶ Et qdā dixit. q̄ sicut corpus frigidū non pōt ita calefieri: vt cor/ pus calidū: ita nec corpus humidū pōt ita exiccari vt siccū. Et iō lz siccum corp⁹ citius z facili⁹ spasmū siccū incurrat ꝓpter simboleitatē: z p hoc citi⁹ debeat liberari ꝑm sniam Ipo. in affo. in morbis minus periclitātur ꝛc. tū qz in hūi/ do corpe plus remanet in sua cōplone de humidore: ideo ci/ tius curatur a morbo siccor: nā res humide alterātes appro ximate ei pñt magis agere z alterare q̄z approximari corpo ri siccor: humidū etiā radicale puerorꝝ z corpoꝝ humidoꝝ est magis restaurabile q̄z corpoꝝ siccorū. Et hoc intellexit Aui. cuz dixit. vt supra dictū est. ꝓpter humiditatē comple xionis eorum z humiditatē cibi ipsoꝝ. ¶ Notant q̄ sapiē tes non intelligūt q̄ spasm⁹ siccus faciliter curetur pueris absolute: sed in relatiōe ad alias etates: qz facili⁹ q̄z in alijs etatib⁹: z non referūt hoc ad alias spēs spasmi: cū difficili⁹ curetur in eis q̄z spasmi alij. Et dixit. A. q̄z quis dixerim ifan tes velociter liberari a spasmo a quocūq̄z nō credas hoc eē verꝝ semp. nā qñq̄z accidit ifantib⁹ spasm⁹ malus successio/ ne febriū acutarū ex quo raro euadunt siue ille spasmus sit de repletiōe siue de inanitiōe. ¶ Dixit Sera. trā seūtes septi mū annū a spasmo non pñt liberari: itelligēs marie de sic/ co: z si liberātur erit cū maximo labore z piculo. ¶ Et. A. dixit. in puberib⁹ non est facilis aliqua duaꝝ reruz. i. aliq̄s duorū spasmoꝝ humidi z sicci curari: qz iaz sunt indurati in neruis: ita q̄ non faciliter resoluunt mäe spasmi humi/ di in eis a causis resoluētib⁹ eas: nec etiā faciliter restauran tur hūiditates eoꝝ ꝓsumpte i spasmo sicco. ¶ Dixit Ipo. 5° affo. spasmus post nimiā inanitionē maluz: qz significat vehementē ꝓsumptionē z vtutis debilitatem. ¶ Et dixit. spasmus ex elleboro mortale. sup. z ex oi medicina secessiva vel vomitiva multū effrenitāte. Et qz Meſ. ꝑmo de re/ ctificatiōe medicinaꝝ ponēs p̄dictū affor. Ipo. dixit. q̄ ois spasmus pōt seq̄ ad medicinā solutiuā vt supra ēt apparuit iō qdam volūt eos itellexisse de oi spasmo: z si sic intellexe/ rint oz exponi mortale. i. aptū mortem inducere. Et ꝓpter h̄ dicunt q̄ qñ Gal. dixit. in cōmēto p̄dicti affo. spasm⁹ ex el/ leboro mortale. q̄ spasm⁹ non ꝓportionat⁹ ad mām cōtin gēs in p̄ncipio purgatiōis ex elleboro nō est mortalis non intellexit q̄ nō possit iterficere: imo quecūq̄z hora ēt si ante inceptā purgationē euenerit pōt iterficere. sz itellexit Gal. q̄ ille spasm⁹ non est mortalis: qz nō est sic iclinat⁹ ad iterfi ciendū: sicut alij spasmi: imo in cōparatione aliorū est apt⁹ remoueri. ¶ Dicunt. spasm⁹ vere siccus ꝓfirmat⁹ oino est mortalis: qz humiditates subales: que in ipso ꝓsumpte sūt non pñt restaurari. Et dato q̄ possent nō fieret illud nisi lō go tpe: ante qō spasm⁹ siccus occidit. Et dixit Guil. q̄ iste ꝓpie est ille q̄ fit in febrib⁹ longis. A spasmo aūt siccо nō ꝓfirmato in quo nō sunt consumpte nisi humiditates ꝑme nutrimentales possibilis est euasio: qz ille pñt restaurari: sz

difficillime. ¶ Dixit Auicē. spasm⁹ siccus fact⁹ a successiõe motuũ laboriosoꝝ: ⁊ similiũ cārum primitiuaꝝ exiccantiũ est ex eis a qbus fit euasio supplent: qñqꝫ lz raro vel cũ difficultate. Et ideo lra Gerardi extra que dicit ex quib⁹ minoraꝫ euasio est melior. ¶ Dixit Ypo. i affo. 2. febrē in spasmo melius est fieri qꝫ spasmũ in febrem. Et Auic. dixit. q Ypo. dixit. si accidit febris post spasmũ melius est qꝫ si accidat spasmus post febrē: cuius intētio est q si febris supueniat spasmo humido curat eũ. Sz spasm⁹ qui ꝓuenit ex febre est sicc⁹. i. ꝑm plm q raro recipit curā: qz non nisi in ꝓncipio ante ipsi⁹ confirmationē: ⁊ qdam dicunt locutionem Ypo. incógruã fuisse: ⁊ reducunt eã ad cógruã locutionem dicentes febrē in spasmo bonum est fieri: spasmũ vero in febre malũ. Et quidã dicunt. si febrē leqtur spasmus de inanitione: tũc non ꝓprie dr melius est: qz hoc est simpliciter maluz. Si autē febrem seqtur spasm⁹ de repletione tunc locutio põt esse ꝓpria. Et lra que dicit meli⁹ põt saluari: qz ipse non est simplr malus. ¶ Et qdam dicunt. febrem bonũ est fieri in spasmo de repletione non ꝓiuncto vlceri: ⁊ bonũ est fieri in quodã spasmo non ꝓportionato ad mãm: vt in fcõ a ꝓgelatione. ¶ Dicunt. absolute dõm esse oẽm spasmũ superuenire febri malũ esse: maxime tñ spasmũ siccũ: ⁊ maxie si febris fuerit aduſtiua ꝓsumptiua: ⁊ post ipm spasmuz de replõe: ⁊ vltimo spasmũ non ꝓportionatuz ad mãm: ipse enim ꝑm plm minus malus est alijs. ¶ Dixit Ypo. 4° epidimiaꝝ: ⁊ ponit ꝓmo ꝓtinentis. non qlibet spasm⁹ post febrē est malus: sed ille q euenit post febrez acutã aut diuturnaz. ⁊ Rasis dixit exponēdo q vbi dr malus dz dicere sicus. ¶ Dixit Hal. in cõmẽ. dicti affo. febrez in spasmo ⁊c. spasmus de siccitate accidẽs post febrem acutã aduſtiuã ⁊ ĩmoderatã purgationē est icurabilis: eo q nerui sicci indigent longa curatiõe anteqꝫ humectent. Et morbi acuitas ⁊ eius fortis exiccatio ad dolorē: ⁊ mot⁹ musculi violentus ꝓhibet fieri curã: ⁊ medicinis consequi earum effectũ: ⁊ iõ talis spasm⁹ cito inducit ad mortē. ¶ Dixit Ypo. 5° affo. in vulnere. sup. vel vlcere spasm⁹ supueniens mortale: qz significat vehementē debilitatē vtutis regitiue totius. ¶ Dixit Hal. in cõmento nõ intelligit mortale: qz necessario interficiat: sed qz pluries ad interficiendũ iclinat⁹ est. ¶ Dixit Rasis. 1. ꝓtinen. spasm⁹ supueniens in vulnere est mortalis: ꝛ plm. n. accidit qñ ad vulnus seqtur aꝑatoꝛ tñ in mẽbris neruosis. Et ꝓmo accidit spasmus in locis oppositis his locis aꝑatis. Et demũ subito ꝓuenit extensio supra totũ corpus ⁊ deficit patiens in ãrto die. Si vo hos effugerit liberabitur. ¶ Dixit Aui. ois spasm⁹ sequẽs vuln⁹ est mortalis. p ois intelligẽs plm⁹. ¶ Dicũt. vt apparuit spasm⁹ in vulnere fit aut pp dolorez: vt in pũcturis neruoruz ⁊ talis spasm⁹ non est semp mortalis: aut fit pp tumorẽ. Et tũc dupliciter. qz aut fit pp tumorez succesſiue occupantẽ partes ⁊ tunc nõ necessario est mortalis: aut pp tumorẽ nũc apparentẽ ⁊ post delitescentẽ: ⁊ iste frequentissime est mortalis: qz est fortis egritudo cuz vtutis defectu: cuius signũ est: qz non potuit regulare hũores. Aut fit spasm⁹ in vulnere pp multã euacuationẽ sãguinis. de quo dixit Ypo. in affor. sãguine multũ fluente spasm⁹ innat⁹ maluz. de quo etiã dixit Aui. ãrta quarti. ⁊ maxime verificat de fluxu sãguinis arterialis siue fuerit spontane⁹ siue artificialis siue a vulnere fact⁹. Et hoc ideo qz significat multuz virtutis defectum. ¶ Et qdam dñt. si sanguinis euacuatio fuerit multuz superflua est oino mortalis: qz tunc siccitas est ꝓfirmata aut magna valde cum vtutis defectu. Et de isto verificat qõ dixit Aui. omnis spasm⁹ sequens vuln⁹ est mortalis. Dicũt. siue euacuatio sãguinis fuerit multa siue non: ois spasm⁹ supueniens ei est malus. Et Hal. dixit. in cõmẽto. q Ypo. p malũ non itellexit mortale necessario: sed vehemẽter malũ. ¶ Dixit Hal. in mega pulsus. ⁊ ponit. 1. ꝓtinentis. q patientiuz spasmũ corpa postqꝫ moriunt remanẽt calida. ¶ Dixit. A. cum moriat quis ex spasmo corpe ipsi⁹ ente calido: dicũt q dã. s. ante mortẽ plusqꝫ esset anteqꝫ appropinqret mort illud est ex eis que ꝑfocando interficiũt: ⁊ tũc illa caliditas manifestat pp inflãmationẽ spũaliuz que ꝓuenit: qz nõ potest fieri bona euẽtatio pp spasmũ spũaliuz: ⁊ tunc cũ fr caliditas accidit statim postea moriat. vel dicũt corpe ente calido post mortez: eo q põt post mortẽ remanere incendiũ spũalibus ꝑter nãm: ex quo reddet corpus mortui calidu. Et talis spasm⁹ dixit. A. nõ nisi suffocãdo interficit: nisi qz certus anhelit⁹. s. diaphragma spasmat⁹ ⁊ destruit mot ei⁹. ¶ Dixit Gilib. spasm⁹ de inanitiõe non curat itelligẽs de ꝑfirmato: qz nerui aridi humectari nõ ꝑnt nisi mediante hũore digesto: digõ autẽ non est nisi in calido ⁊ hũido: hũiduz aũt eis deficit ⁊ deficiẽte hũido deficit digõ: ergo ⁊ nutrimẽtũ: deficiente aũt nutrimẽto cadit vtus: qre ⁊ vita fundet in calido ⁊ humido. Et dixit ephytosten⁹. difficile curatur qꝫ alie spẽs: cum sit ex dolore dorsi. ¶ Dixit Ulatus. spasmus ⁊ tetanus si sine febre sunt vel si febris succedit eis curãtur: ⁊ intelligim⁹ post febrem spasmum esse incurabilem. Cum febre vero esse dubium: si vero sit sine febre curam adhibeamus.

Cura spasmi variat⁹ variatiõe suaꝝ cārũ ⁊ spẽrũ suarum. Cura itaqꝫ spasmi ficci siue sit sanans non ꝓfirmatuz ⁊ polem sanari siue sit blandiẽs ⁊ refrenãs malitiã confirmati duob⁹ ꝑficit istrumẽtis. s. dieta ⁊ potiõe. ¶ Et dieta qdem est vt hñs euz deuitet aerez siccũ ⁊ caliduz: ⁊ maxime intẽse caliditatis: ⁊ etiã aerez multe friditatis: aerẽ vero totum mozã ad ignez vel solem olfatũ reruz oium deficentiũ calidaꝝ siue fridaruz: ⁊ fugiat irã tristitiã sollicitudines ⁊ cogitatiões plurimas. Motuz fricationes ⁊ balnea sicca siue exiccãtia: ⁊ vigilias ⁊ oẽs cibos pauci nutrimẽti difficilis digõnis. Et tolerantiã famis ⁊ sitis coituz ⁊ vẽtris lubricitatẽ: ⁊ vlr omne regimẽ tenue. Et dietam attenuãtem. ¶ Inhabitet aũt aerez hũiduz nã vel arte tẽperatũ in actuis vel parũ declinantẽ ad caliditatẽ tpib⁹ frigiditas aut paruz ad friditatẽ tpib⁹ calidis. Et si aliqñ vtr igne sit ignis sine fumo de lignis vltime siccis: ⁊ nõ de carbõib⁹. Et moreꝫ cozã ipso ex lõginquo letetur ⁊ gaudeat ꝓ posse. Et vestibus iduaꝫ paucis ⁊ leuib⁹ lineis vel de firico: ⁊ socios habeat sibi dilectos applaudẽtes eiiocis ⁊ solatijs delectãtibus ⁊ qescat ⁊ dormiat ꝓ posse. ¶ Dixit Hal. cibis nutriatur hũidis: ⁊ ordei aquã ⁊ iura vnctuosa ⁊ mollia egro administra. ¶ Dixit Ulati. infirmo cibi denturꝝ si hũectatio subsequat: ⁊ sicut febricitãs. s. ethice eger regat. ¶ Dixit Hal. opz regimẽ esse humectãs. Et febris cõmittit aquam ꝓpina ordei in qua iuiubas ⁊ sebesten decoxeris: ⁊ si ordei aqua cũ cucurbite aqua decoxeris perfecte ꝓdest. Et similia est febris ꝓpina lac asine ⁊ capraꝝ cum mulgef. Et dixit Hal. cibum ꝓuenit esse agnorũ pedes ⁊ edorum alborũ ⁊ porcellorũ carnes: spinachia quoqꝫ ⁊ attriplex cum amigdalarũ dulciũ oleo decocta. Et lapidosi pisces ⁊ parui cũ espidagabo decocti: ⁊ polẽta ex farina cum tabarzed. za' ⁊ amigdala oleo facta: ⁊ ova sorbilia. Et de fructibus vua ⁊ pfica granata pruna ⁊ similia. Et dixit. si patiens lactãs est ⁊ paruꝰ nutricez opz regere: ⁊ maxime hoc disponere regimine. Infantem etiã oportet regere hoc regimine: qm̃ liberabitur. ¶ Dixit Raſ. in diuisionib⁹: bibat lac dulce: ⁊ bibat vinuz cum qua multa. Et ꝓmo ꝓtinentis ait. in spasmo ficco si corpus est mũdificatũ a malis humorib⁹ nõ reperitur laudabilior res lacte asinino: ⁊ vlr quolibet alio lacte: ⁊ dosis lactis dz esse. ʒ. iiij. cum. ʒ. ʒ. olei amigdalaꝝ dulciũ ʒ. i. ⁊. ʒ. zuccari. ¶ Dixit Aui. detur in potu lac recenter mulctũ ꝑm mensurã. s. qua digeri possit: vel ꝑm mensuram idest regulaz exhibitionis lactis: si nõ fuerit febris. s. putrida. Et aqua ordei ⁊ aqua cucurbite ⁊ aqua melonis indi ⁊ iulep: si fuerit febris: scilicet viol. ⁊ similes: qbus etiã conueniant si non fuerit febris: ⁊ si misceatur cum aliquo bo-

rum

rum aliquid vini albi: quod penetrare illō faciat erit conueniens. ¶ Et dixit. cibus hītium spasmū ficcuz sit totuz qō humectat z lenit: z oēs sozbitiones pingues z lenes sa cte ex aqua ozdei. i. farina ozdei z oleo amig. z zuccaro bono. Et aqua carnis sumpta ex carnib⁹ agnoꝝ z edoruz. Et qsiqꝫ ponit in ea ex olerib⁹ humectatiuis: z qō frāgit nocumentū carnis si fuerit illic caliditas: sicut sunt res ifrigidātes z humectātes decocte cū carnib⁹: q si cum cibo illo paruz vini misceat: vt penetrare faciat: non erit longinquū a rectitudine: z ꝓpie si non fuerit caliditas supflua. Et siīr si misceat vinuz cum aqua quam bibit. ¶ Dixit Alman. de vino vtatur paꝝ qō habeat multā aquā mixtā. Multiplicetur aūt in eis numerus cibationū cuz iterpositiōe ꝓuenīē ti: quātitas vo cibi minuat ꝑm q videris virtutē potētem in digerēdo. Et fecales supfluitates omni die eijciant: aut ꝑpōte: aut bñficio suppositoꝝ vel clysterij. ¶ Dixit Auic. cum feceris eis clysteria expressionib⁹ humectātib⁹ cū aliquib⁹ oleis hūectatiuis erit vehemētius iuuamīnis. ¶ Cura vo q potionez. Ser. videt velle in ca° de cura spasmi ex serie verboꝝ suoruz q in cura spasmi sicci fiat inunctio ex oleo de rutha z de cucumere asinino: que nullo mō conueniunt cuz valde exiccent: qō perpendens Raſ. 1. ptinentis. cap° 2° dixit filius Serap. in spasmo sicco: posuit medicinas ꝓuenientes in spasmo hūido z non in sicco. Et ideo cauendū est ab hoc errore. ¶ Debet aūt exponi lra Ser. sic. Et qūocunqꝫ sit dispositio. s. in spasmo hūido: opz vt regātur spasmata cuz oleo de rutha ꝛc. qꝫuis verba ei⁹ ꝓcedentia fecerint intentionē de spasmo sicco. ¶ Et dixit Simeō intromittant assidue in pilā ex oleo calido. Rasis vo dixit. Credo q sit ptermittenda tina cuz oleo calido: qz credo q oleuz non sit vtile in spasmo ex siccitate: intelligēs de oleo simplici: aut de oleo quocūqꝫ calido. ¶ Dixit Aarō. intret sepe sepius in tinam si non febricitat. Dixit Raſ. in verbis eius inuitur q itroitus tine vereat ꝓp febrez: sed maior necessitas incumbit in curatiōe spasmi qꝫ febris: z tina humectat z nō deficcat. ¶ Dixit Almā. in aquā tepidā ipm mittimus z vngim⁹ oleo viol. tepido z silūbus: z ꝑcipue radices neruoꝝ in qb⁹ est spasm⁹. Et in tina diu morek. ¶ Dixit Bal. si fuerit possibile in pila ipsum sedere facīn qua sit oleuz violatū z lac recenter mulsuz in diei ꝓncipio: z in fine data ei ꝓius ptisana vel alia poleta: z corpus laua z illine cuz oleo viol. z silūbus cuz lacte percusso. Et in his panuz infunde z capiti suppone: z si mēbruz mollif z melioratiōis apparēt signa huic insiste regimini. Sinautē clystere adhibe humectās z eo patiens ꝓut opus fuerit clysterizetur. ¶ Clystere bonū in hoc sic fit. ℞. capita agnoruz z decoque in aqua vsqꝫ ad liquefactionē: deide ex ea. ℞. lib. i. z pone cum ea lactis de quo serositas fuerit ablata. ℥. iij. pinguedinis pulli recentis z oleo viol. aā ℥. i. z duo vitelli ouoruz: z superponat. ¶ Dixit Viat. capiti lac asininū mulge vel ouinū vel mulieris nutriētis puellam. ¶ Dixit Rasis ꝑmo ptinētis. dico q si qua cura liberat spasmū ficcuz est q sedeat patiens in aqua z oleo tepidis z abradat caput eius z emplastret z epithimet cuz succis z mucillaginib⁹ reruz humidaꝝ: z ponat supra iūcturas oēs z spondiles pinguedo caude arietis desupligata: z qualibet die remoueat z fricent loca ligata z calefiant cuz calefacienti-bus: z fiat hoc sepe sepi⁹: z cōmutentur de pinguedine ad aquā tepidaz z ecōuerso: z itromittat per nasale oleum cucurbitinū z inungat caput ex eo: z intingat bombax i dicto oleo: z ponatur supra caput z locet in camera frigida: q nullo modo possit sudare: z dētur ei in cibo iura pinguia z mollificātia ꝑparata cū ptisana oleo amigd. dul. zuccaro z sorbeat ex eis qꝫtuz magis poterit. Et post hoc comedat micam panis ꝑparatā cuz iure carnium z vino in pulte. Et detur ei in potu vinū bene lymphatū: z assiduet iunctionē iuncturarū z spondiliū ex oleo z mucillaginib⁹: z clysteri zetur cuz aqua frida oleo viol. z mucillagine psilij. ¶ Dixit Aui. ꝓuenientior cura eius est tina: z inungi ex oleo humectatiuo post ipm: z iteratio ei⁹ multotiens. Et cum non est cuz febre non ꝑmittatur. s. opatio tine: sed sepe fiat: vbi vero est cū febre itermittatur. idest intus ponatur in tina: z maxime si febris nō fuerit putrida. Et ideo quidam exponūt intermittatur idest non in tina: z hoc maxime si febris esset putrida z esset ante eius declinationem. Et dixit. fiat illud: scilicet administratio balnei humectatiui: z inunctio post ipsum assidue: idest cum iteratione frequenti: z si est possibile: vt tina sit ex lacte fiat: z si nō fiat ex aquis: in qb⁹ decocta sint folia salicis ordeuz fractū viole nenufar cucurbita z citruli. Aut fiat tina ex succo cucumeris aut ex aq̄ ros. in qua sit decoctū aliquid ꝑdictoꝝ: aut aqua melonis id: aut aqua salicis. ¶ Et dixit Auic. administrent supiunc turas z oꝛiginē lacertoꝝ olea. s. humectatiua faciēdo vnctionē post vnctionez cuz studio cerebri valde cum cōpositione quā te docuim⁹ in humectatiōe cerebri. s. ꝑma tertij: cap'o de soda ex ficcitate. Et si est possibile vt totū corpus submergat oleo tepido fiat. s. ex oleis hūectātibus. Et fiat ei caput purgiū ex humectātib⁹ oleis z succis z humectet caput ei⁹. Et opz vt sit firma statio in psilio. s. eius mucillagine: z oleo ros. qm̄ oportet diu vti eis. ¶ Dixit Hilib. lac mulieris masculū nutrientis mulge capiti z musculis sauciuz colli z spatularū vsqꝫ ad lumbos z nerui humectētur. ¶ Dixit Serar. sup Viat. in domo frigida paretur balneū decoctionis humectantiū. Et dixit. si submergat totuz corpus in oleo oliuarū tepido meli⁹ erit: hoc tm̄ non est consonuz dictis auctoꝝ: si oleum fuerit simplex: z silr emplastrū qō ponitur ꝑmo ptinen. ℞. amurcā olei silaminis: z olei seminis lini z mucillaginē fenugreci z pīguedinē caude arietine: que cōmisceātur in mortario z emplastrent ex eis mēbra spasmata. Dico tm̄ q si non fuerit siccitas cū caliditate: q homini valere pōt. Et silr puto h̄ vtilia foze in rigiditate siue spasmo sicco: nō vero inducto a frigiditate. ¶ Dixit Hilib. fiat empl'm ex farina seminis lini z fenugreci z radicibus altee coctus in aqua z tunsis: additis farina ordei z oleo viol. z ponat in locis iūcturarū z capitib⁹ lacertoꝝ z nuca: z pōt predictis addi brāca vrsina: volubilis malua z bleta: z ponant viris in genitalib⁹: z mulierib⁹ in mamillis: z vngant oleo ro. z dyaltea. Et si fuerit sine febre intret balneū decoctionis dictaꝝ herbarū: z post exitū inunganr vnguētis supradictis mixtis cū lacte mulieris z albumine ouī. ¶ Dixit Bal. si natura aliqñ fuerit desiccata cū cassiat. z māna in decoctione iuiubaꝝ z sebestē fricatis molli. Dixit Auic. si fuerit venter eoruz ficc⁹: tunc ex eis que eos iuuant est vt in potu sumant terreniabin z ꝓpie infantes: z qui sunt primi eis in etate: saluo si nō fuerint lactātes: tūc enim non detur manna. Sed sufficiens eis erit collīriū aliquod leue aut clystere ex lacte.

Cura spasmi humidi dixit Ipo. 1° epi. z ponit ꝑ ptin. cap. 2. ad spasmū. s. humidū cōuenit aer frigidus z humidus z maxime in pueris: z his quoꝝ nā neruoꝝ est debilis: z iō vitandū est: z silr aer paludosus grossus z vēti oēs sunt fugiēdi. Et vitandū est oē accidēs aie corpis infrigidatiuū z ociuz z qes: vbi exercitari z moueri sit possibile: z somn⁹ prolix⁹: z maxime diurnus vel imediate post cibū factus z occupatio in locis hūidis: z maxime sup terra hūida: z vigilie ēt supflue vitande sunt. ¶ Et omnis cibus fridus z hūidus est eis nociu⁹: z maxime si fuerit multus aut sumpt⁹ ex opilatiuis z supfluitatuz retentio. Confert aūt eis aer calidus z ficc⁹ nā vel arte: z moza ad solem vel ignez maxime post purgatiōes. Et ira furoz z gaudiuz moderatū z sollicitudo: z cogitatio temperata z moueri z exercitari. ¶ Dixit Haly. mot⁹ mēbri qō spasmo molestat distillatione: dissolutionez adiuuat z euacuationē supfluitatū que in mēbro sunt z ꝓuenit fricatio. Et balneū siccuz

Cura spasmi hūidi z dicta.

z deficcās. ¶Dixit Simeon: itromittatur in balneū ficcū ille q patitur spasmuz de repletione: qz non est melioz cura ad hoc. ¶Dixit Philaretr⁹. nō reperiť res magis iuuatiua spasmo de repletione. q̄z aq̄ balnei nālis: ipsa enim eradicat mozbū z liberat velociter egrū. ¶Dixit Rufus. aq̄ sulfurea mollificat neruos. i. dilatat eos a ꝯctiōe. ¶Dixit. A. ex curis eis est submersio in aqs termarū z sessio in pellib⁹ vulpium z lupoꝝ: z maxime recenter excoriatis: z sessio in aqs: in quib⁹ decocte sunt medicie subtiles: sicut abzotanū folia z radices aneti z calam⁹ aromatic⁹ folia lauri z filia. Et subdit. scias tñ q̄ lōgitudo spatij in tina est ex eis q̄ nocent siue sit aq̄ siue aliud ꝓpter mollificationē. i. debilitatez vtutis. Et iō appone multitudinē vicuz loco longitudinis spatij. Et fac ip̄m bis sedere in tina in die. Et dixit. balneū ficcuz magnifice iuuat eis. ¶Dixit Ꝑpo. in affo. Est autem vbi in tetano z̄c. ¶Dixit Raſ. i. ꝓtinentis. possibile est q̄ multa aque frigide effusio supra iuuenē: tñ ea vtum in medietate estatis dissoluat spasmū de repletione faciēdo calozis reuocationez ad interioza z calefaciēdo z dissoluēdo z digerēdo. Hunc affo. Auic. sic posuit: ex eis que iuuāt spasmū hītem cōem. s. tetanū factū a mā est vt subito submergatur in aqua frida: inde. n. exteriora corporis inspissantur z calor innat⁹ intus claudit: quare ꝓfortat z resolvit māz eius: nō est tñ oē corp⁹ tolerās hoc a timoze tutū: sed corp⁹ firmum carnosuz qō vlcera non hz z in estate: plures. n. ex his p hoc iaz euaserūt. ¶Dixit Sera. ꝓfortetur infirm⁹ cū cibis calefacientib⁹ velocis digōnis. ¶Dixit Uiat. nutriē dus est cuz subtiliatiuis cibis z leuib⁹. ¶Dixit Aarō. cibus patientiū spasmū de repletiōe fit ex cibis calidis: sicut ius ciceris cū aneto sinapi pipere z oleo. Et si spam⁹ est difficilis z diuturn⁹ ꝓueniunt ei carnes sicce: sicut allaudaruz pdicum musculoꝝ z similiuz. ¶Dixit hal. in ꝓncipio eis da cibuz subtiliantē. dixit Auic. si patiēs debilis sit vtutis nō abscindanť ab eo carnes sicce: sicut carnes auium minutaꝝ z cubugi. i. pdicis z kembigi. i. laude: z alteice. i. perdicis musculi. Nā carnes harū auiuz sunt sicce: respectu eniz aliarū auiuz sunt pauce humiditatis: carnes tñ coturnicuz sunt male. ¶Dixit Auic. q̄ ex comestiōe earū timeť spasmus z tetan⁹: z hoc nō soluz qz comedūt elleboꝛū: sed qz a tota suba inest eis hec virt⁹. Et si nō fuerit debilis sit cibus ei⁹ panis cuz melle z aqua ciceris cuz aceto z sinapi nutrita. i. ꝓdita cuz oleo z ponať piper cuz cibis suis. ¶Et primo ꝓtinentis. cap⁹ 6⁹ dř. q̄ carnes eritij conferūt multum spasmo. ¶Dixit Sera. sumat in potu vinū subtile velocis penetratiōis. ¶Dixit Auic. vinū paucum vet⁹ ꝓuenit habenti spasmū humidū. resolvit. n. ip̄z sicut febris: plurimū vero bibitū est vna de causis spasmi: z opz vt ex veteri egerbibat supra cibū parūper. ¶Comedat patiens spasmū humidū cibaria assa: z in forma ficca parata z condita cū speciebus subtiliatiuis: parum tamen comedat z bibat z non nisi post abstinentiā z tolerantiaz famis z sitis z superfluitates omni die bene expurget.

¶Cura vo spasmi humidi p instrm potiōis quatuoꝛ cōpletur intētionib⁹: quaꝝ prima digerit mām. 2ª eūat ipsam. 3ª diuertit eā ad oppositū. z 4ª alterat malā discrasiaz consumēdo reliqas materiei que remanserūt. ¶Et ꝓma qdē cōplet cuz sirupis decoctionib⁹ electuarijs z alijs medicinis subtiliātib⁹ grossitiem humoris z flegmatici z ipsi⁹ incidētib⁹ viscositatem: z ꝓprie in neruis z lacertis. Et de digestiuis est sirup⁹ q̄ sic fit. ℞. radicum feniculi petrosilij apij. aneti saxifragie paucedani arist. ro. gētiane diptami. aā. ʒ. i. radicū acoꝛi: z radicū vel seis peonie. aā. ʒ. ij. passulaꝝ. ʒ. ij. sticados. ʒ. i. ʒ. piretri cozdumeni. aā. ʒ. ij. maioꝛānē polij salvie iue. aā. M. i. seis ameos leuistici anisi aā. ʒ. ʒ. decoquātur in aquā sufficiēti: z sirupeť cum melle z aromatizetur cuz cinamomo z nucemuſ. Et vltimo addanť. ʒ. ij. aceti sgllitici dob. ʒ. j. ʒ. vel. ʒ. ij. cum aqua maioꝛane.

¶De intētione ad eūonez dixit hal. spasmū patientib⁹ non opz multū fieri eūonez nec eā quaz necesse est eūare ꝙtitatem semel inanire: sed plurib⁹ vicib⁹ z paulatim. Si enim eūo abūdauerit virt⁹ debilitabiť. ¶Dixit Uiat. si spasmuz videam⁹ sine febre z sanguineum de mediana flōmabimus. ¶Dixit Aarō. qñ de spasmo de repl'one est repletus apparēs z vene patiētis sunt manifeste flōmetur z extrahatur sāguis in bona quātitate. In sūmis tñ Glauconis vi ponit ꝓtinentis dř. Cuz spasmat⁹ indiget minutiōe sāguinis non extrahať q̄ntuz est necium sed mīn⁹: qz solus spasmus sufficit ad corporis inanitionē. ¶Dixit. A. si videris signa sāguinis dominātis manifesta valde flobotoma: z ꝓprie si eius cā est repletio z ꝓprie sanguinea: z potatio vini plurimi: sz nō extrabas totū qō necium est ex sanguine trahi ꝓsiderata repletione: z q̄ntum traheret si foret alia egritudo ab hac z simili egritudie: imo retine ex eo aliquid: ne resistat spasmo q̄ suo malo motu inducit vigiliaz z resolvēdo ꝓsternit virtutē. Et vt resistat cāe spasmi humoꝛi. s. flāti co frido z grosso: ne pp multā sanguinis eūonez amplī⁹ incrudetur: pp quā cām flōmia in hoc spasmo fienda non est nisi apud necessitatē ad qō figñandum dixit. A. si videris signa sāguinis dominātis valde manifeste. ¶Si aūt ex alijs sit spasm⁹ humoꝛib⁹. dixit Uia. cū ieris z theodoricō z stomaticō eūamus. ¶Dixit Ser. icipiam⁹ in ꝓmis z eūemus repletionē cuz pillulis z medicinis calefacientib⁹ dictis in paralysi. ¶Dixit. A. purgeť cuz eūantib⁹ z purgantibus fortib⁹ educentib⁹ humoꝛē grossuz ex neruis.

¶Diuersiōis aūt māe intentio cōpletur cū oībus modis diuersionū cuz fricationib⁹ z ligaturis: z pressione dolorosa z ventosatione in extremis. Et cuz vsu eneumatū fortiuz collirioꝛū acutoꝛuz attrabentiū. Et siqdem spasmus fuerit vlis toti exceptis mēbris facie: vel etiā eis non exceptis cōuenit euacuatio z diuersio cū gargarismis masticatoꝛijs caput purgijs z sternutatoꝛijs retrabentib⁹ z diuertētib⁹ materiā z educētibus eā ex capite. ¶Dixit Aarō. cum totum corpus est spasmatū debent ꝓuocari sternutatiōes cum medicinis vehementis calidis: qz mirabiliter iuuat: z imittantur sir ꝓ nasale. si in modū caput purgij medicine vehementis acutatis z caliditatis. ¶Dixit hal. corpe purgato gargarismū in paralysi dictū adhibe. ¶Dixit Auí. in spasmo toti corpori cōuenit intentio cerebri cum purgatione facta cum sternutatoꝛijs magnifice.

¶Alterationis autē intētio cōpletur cum administratis ab intra z ab extra. de approximatis ab intra. dixit haly. a. cassto. spasmo pdest repletionis si bibiť: aut si cum eo illinitur corpus. Et est hoc multis vtilius medicaminib⁹: quoniaz neruos confortat z calefacit corpus. ¶Dixit Dyalc. sirupus de camedreos. Dixit filius Mes. castoꝛ. dissolutū in vino z datuz in potu z inunctio facta ex eo cuz oleo cōmuni antiquo sunt de melioꝛib⁹ z expertioꝛib⁹ medicinis in spasmo humido: z squinantuz bibitum est optimuz. de vtilibus in spasmo: z ꝓprie infantium est sirupus de camedreos bibit⁹: z semen ienuperi bibitum. Dixit haly. dat triacaz cum aqua in qua anetum coxeris z ciminuz z addegradatim in eius exhibitiōe. ¶Dixit Auic. ex eis que multum conferūt ipsis est sumere in potu tyriacam z confectiones magnas: z decoctio radicū coti aut loco earum carpobalsami z calamenti agrestis sumpta cum oleo amigdalarum amararū cōuenit. Et dixit. vehementis iuuamēti est sumere in potu castoꝛeum z oppoponacuz. cum sumit ex eis qui fortis est aur. i. medius. l. in fortitudine. z. i. sed tunc custodi. i. conforta stomacū qñ ipse per illud debilitať vehementer. Et ista esset nimis magna dosis in viro etiā fortissimo. ¶Teneat patiens in oze sub lingua pillulas: que fiunt. ℞. castoꝛeū ad libitum z fac bullire in succo salutē z cauliculi agrestis: deinde adde zuccaruz z informa ide pillulas: valent enim in oibus egritudinibus frigidis vel humidis

midis neruoꝝ. ¶Dixit Raſ. in diuiſ. cura ſpaſmi de re/plectione eſt ſicut paralyſis frigide: z ſiꝫ volunt oēs auctores. qđ dictuꝫ q̄ꝫuis in oibus intētionibus eius curatiuis bēat veritatē: hoc tñ magis retulerūt ad localia z medicamina. ſ. ab extra approximata. De qbus dixit Raſ. p̄ ꝓtiñ. nō debēt approximari hi patiētes medicinis z oleis ſtiptiꝯ cis: q̄ꝫuis ſint calida: ſicut eſt oleū nardinū. ¶Dixit Aarō quenit ſpaſmo huꝰ ſedere ſupra oleū vulpinū: in quo deco ſta ſint femina calida: credo q̄ p hoc ſedere itellexerit ſtufari corpus aut mēbꝝ ſpaſmatū ſtādo ſupra ipſum oleū calefactū: eo q̄ ſuauiter diſſolnit z feſtinat ad ſanitatē. ¶Dixit Pau. debēt curari cū oleo rutaceo z de cucumero aſinino z filibus z caſtoreo. ¶Dixit Juō. ꝓfert mirabiliꝫ membꝛo ſpaſmato deſup ligare petiaꝫ vnā pinguedinis caude: z nō ꝺz amoueri donec p̄eſtet fetorē: tunc aūt amoueat z iteret alia. ¶Dixit filius Meſ. fricet corpus cum pāno aſpo donec rubeat: z tunc vngat cū oleis calidis: z poſtq̄ꝫ rubuerit nō deſt. i. nō approximent eis ſtiptica: ſꝫ tota cura fiat cū oleis calidis mollificatiuis: z poſt fricationeꝫ ſedeat in aq̄ decoctionis folioꝝ lauri abrotani z ſanſuci: z fricent mēbꝛa ſpaſmata cū bauracb z terra pipis. i. pulue re inuēto inter pipꝛ: z cū erit corpus rubificatū vngat oleo coſtino z liliaceo. ¶Dixit Al. ꝓfert ei fricatio manuum z vētris cū oleo coſtino. Dixit Sera. locus ſpaſmatus inungat abſtergēdo cū oleo de ſpica z de lilio: z quecūq̄ māe fit diſpō opꝫ vt inungant mēbꝛa ſpaſmata cū oleo de ruta aut de cucumere aſinino z facias eū ſedere i tina in qua ſit aq̄ tepida in qua decocta ſint anetū camomilla melliloteuꝫ barmel z ſilia. Et ꝓuenit emplaſtꝫ factū cū euforb. qđ ſic fit. ℞. olei de oliuis antiq. lib. i. cere rubee. ʒ. ij. liquefiat cera cū oleo z puluerizet deſup euforbio recenti trito. ʒ. i. z eſt multi iuuamenti. ¶Dixit Raſ. in diuiſ. ſpaſmatis ꝓprie ꝓuenit fricatio corpoꝝ eoꝝ aſſidue z vt ſepelliant in bare na calida vſq̄ ad gulas eoꝝ: aut in cinere calido: aut in furno cū quo eſt aliq̄ꝫtulū caliditatis: aut in domo in qua eſt aliq̄ calefactio. ¶Dixit Hal. corpore purgato illinies mēbꝛū qđ ſpaſmatū eſt pigami oleo aut coſti aut cucumeris aſinini: in qbus caſtoꝛ. cōmiſcueris z euforb. ¶Medicamen erptuꝫ multoties in ſpaſmo doꝛſi z doloꝛe articuloꝝ erbu''. z ponit p̄ ꝓti. ſic fit. ℞. magnā q̄ꝫtitatē aneti z fac bullire in aq̄ z oleo: z poſtea decoquat vultur vel vulpes vel catulus lupi aut canis in ipſa decoctione vſq̄ ad eius ꝓſumptionem: z vltimo colet: z ſedeat in ea patiēs bis in die: z poſtq̄ exierit ab iſta aq̄ inungat patiēs cū adipe aſini ſilueſtris vel ex aliq̄ alia pinguedine ſubtiliāte mixta cū medicinis z oleis calidis ſubtilibus. Et balſamuꝫ ꝓuenit inunctū: z emplaſtꝫ de radice lilij cū melle z oleo liliaceo: z vngm factū cū medulla tauri liquefacta ad ignē: cui additur q̄ꝫtū eſt 4ª pars ipſius de myrrha rubea z tñdez olei laurini mēbꝛa ꝓiecta leniſicat. ¶Dixit. A. ex curis eius eſt vt applanet qđ ſpaſmatū eſt leniter. i. leui preſſione z ſup inductione manus inūcte: z ſic reducat a ꝓtione ad dilatationē. ¶Ungm bonū in quo manus inūgi ꝺz ad hoc ſic fit. ℞. olei ſiſamini piguedinis caude arietis pinguedinis anſeris medulle cerui z cruris vacce olei narciſini. aā. ʒ. i. fenugreci. ʒ. iij. coſti. ʒ. ij. cere qđ ſufficit: z fiet vngm. Et dixit. A. ꝓfert inūctio cū adipibus vulpiū z lupoꝝ: cū oleo de lilio ſi nō fuerit febris: z ſiꝫ vꝫ decoctio catuloꝝ canū in dicto oleo. z ex exptis eſt: vt ex lana p̄m molli z leui fiā ſuſpēſoria collo: que ab ipſo ad vtrūq̄ brachiū pcedat ſup que oi hoꝛa oleū calidū aſpgat. ¶Ungm bonuꝫ ad ꝓtos quo vtebat Hoſ. Accipe anſerē pinguiſſimā z p̄ij// ee oia interioꝛa eius z plumā: z accipe gattū pinguiſſimuꝫ z excoꝛia eū z incide carnes eius p fruſtra minuta: z accipe lardū thus z myrrhā z miſce bñ cū illis carnibus gatti z poſtea totū pone in anſere z ſue bñ ne poſſint exire inde pinguedines z pone in veru ferreo: z facias bene aſſari ad ignem ſuppoſita ſartagine cū bona q̄ꝫtitate aceti albi: ſup qđ cadat pinguedo que exibit de anſere: z poſtq̄ erit bñ aſſatus remoue ſartaginē vt frigeſcat acetū: z recollige pinguedinē z repone in pixide: deinde accipe anſeré cū oibus que ſunt intus: z bñ ꝓtritū mitte in vno vaſe: z deſup mitte acetū qđ fuit in ſartagine z miſce z facias bullire: z pone totum in ſacco z cola z dimitte frigeſcere: z collige pinguedinē ſupnatantē z miſce cū p̄ª pinguedine: z ex boc inungantur membꝛa contracta.

¶Et ſi mā ſpaſmū faciēs cauſabit ap̄a in radice neruoꝝ mēbꝛi ſpaſmati. dixit Raſ. p̄ ꝓti. apponant medicine mollificatiue diſſolutiue ſubtiliatiue z calefactiue ſup locū ap̄at.

¶De cura ſpaſmi infantiū. dixit. A. ſint ꝓtēte. ſ. nutrices eorū: vt ipſoꝝ iuncturis approximet emplm ex melle cū quo ꝓfecta ſunt crocus z radix lilij poſt aniſum. i. ponat cū eis de aniſo: ſed radix lilij ſit poſt aniſum. i. ſit plus de ea in cōfectione. Et poſſet ēt hoc emplm applicari māmillis nutri cū z ꝓſueſcāt ponere mēbꝛa ſua in ags in qb⁹ decocta ſint camomilla z mellilotū z fenug. z qñq̄ ꝓuenit camomilla ſola. ¶Et dixit. A. ex emplis bonis eſt qđ ſit ex ſtoꝛace liqda caſtoꝛ. euforb. z cera citrina z oleo de lilio: z hoc qdē ꝓuenit in ꝓuectis infantibus. Et ex vaporationib⁹ bonis. dixit. eſt ſal toꝛrefactū calefatū poſitum ſup exitū neruoꝝ. ¶Et dixit. A. ex curis mirabilibus exptis eſt: vt ſup mēbꝛū ſpaſmoſum ponat ren. ſ. alicuius alialis: z dimittat ſup ipſum donec deſiccet z pmutet cum alio. i. ponat vnus poſt aliū. ¶Juō. aūt dixit hoc debere fieri de pinguedine caude arietis: vt. ē. dictū eſt.

¶Ser. aūt ſup 9° Al. dixit. cura ſpaſmi filis eſt cure paralyſis. Uer differt ab ea: q: in cura paralyſis ſolū reſolutiua z neruoꝝ ꝓfortatiua ſunt applicanda. Et rō eſt: q: mā eius aquoſa eſt: z nō eget niſi reſol'one z ꝓſumptione: ſꝫ in ſpaſmo applicāda ſunt mollitiua ante reſolutiua: q: mā ſpaſmi eſt groſſa viſcoſa: cui ſi p̄ius applicarent reſolutiua q̄ꝫ mollitiua: reſolueret ſubtile eius z remaneret groſſum lapidificatū. Et pp hoc dixit Ser. ante q̄ꝫ applicētur illa que debēt applicari ſpaſmo: p̄ius debēt mollitiua precedere. ¶Ungm mollitiuū. ℞. mucillaginis fenugr. z ſeminis lini. aā. ʒ. ij. butiri recētis aſſungie anatis. aā. ʒ. ſ. olei ſiſamini olei amig. dul. aā. ʒ. i. ſ. oleo ſiſamino: z extēdat ſup aluptā z ſupponat mēbꝛo z oꝛig. neruoꝝ. ¶Ablutio mēbꝛi ſpaſmati cōpetēs ſiꝫ molliēdo. ℞. fenugr. ſeminis lini ſeminis aneti. aā. ʒ. ij. ſumitatū malue z bꝛāce vꝛſi. aā. M. i. ꝓqualſent z bulliāt in lib. ij. colet z cū eo mēbꝛ abluat facta mollificatione p̄ duos dies. Dixit Serar. fiat reſol'o p̄ alios duos: z ſic iteꝝ redeat ad mollificandū p̄ duos dies: deinde ad reſoluēdū p̄ alios duos dies: z ſic ſucceſſiue fiat ipſoꝝ iteratio donec ſanet. ¶Notāt q: neruis egris cum maiꝛi cautela frigida ſunt applicāda q̄ꝫ alijs mēbꝛis minus frigidis: z q: frigida actu maxie que ſint alicuius intēſionis mēbꝛis diſcooptis applicari nō debēt regulꝫ: q: nimis ſubito infrigidaret: z forte mortificaret ipſoꝝ caliduꝫ debile: ſed frigida potētialia bene applicari p̄nt ſi lapſus fuerit vehemēs ad calidū: q: frigidū potētiale nō ſic ſubito nec ipetuoſe opat in neruos: ſed magis paulatine: ſunt igiſ eis applicāda frigida potētialia: que tñ ſūt actu remiſſe calida. Cū enim ſint nerui pauce caliditatis innate ſi ſint diſcoopti z egēt infrigidatiōe z ab alia ledant: ꝺpz vt remittat infrigidatio pp actualē caliditatē: ſꝫ de hoc amplioꝝ ꝓmone dicet de vulneribꝰ neruoꝝ. ¶Dixit. A. ille q vtiſ vēto ſis. ſ. ſup loco ſpaſmato cā reſol'onis māe z gra calefaciēdi locū ipſum: z maxime qñ ponunt ſup locū ad quē partes coꝛde extēdunt. i. ſup locū muſculi ad quē vel verſus quē ꝓbiſ coꝛda: fit ei hoc vtile: ſed ſine ſcarificatione ſi res eſt leuis: vt qñ eſt mā pauca z nō ap̄ans: ſed ſi res nō eſt ita: q: nō ſit leuis: imo grauis: q: ſ. ſit mā multa z ap̄ans: ꝺpz vt fiat ſcarificatio. Eſt enī mortalis ſi nō ſcarificet: q: pp vēto

Dīſia iter curā ſpaſmi z curā paralyſis.

ſam trahentē fit additio in multitudine māe ⁊ apate. Loca aūt appōnis ventoſa ꝑ. dixit. A. ſunt colluꝫ ⁊ ſpōdiles dor ſi ab vtroq; latere ⁊ partes latex pectoris ⁊ veſica. aīs ante veſicā: ⁊ eſt locus poſt finē coſtax mendoſax retro verſus nates q̄ eſt locus valde carnoſus in directo loci veſice tole rās ventoſitatez cū ſcarificatione ꝓfunda: qō facimus ma xime cū volumus multū de ſanguine trahere ad ꝓhibēdū apa ⁊ minuendū repletionez magnā. Sed ſup renes. dixit A. nō facimus illud. i. nō apponimus vētoſas cū ſcarifica/tione: niſi cū timemus. ſ. additionē apatis: ⁊ minorādo vo lumus vt ſanguis egrediat. Et dixit. opz vt vētoſas admi/niſtres multas: non tū multas ſit ſubito: qr ledūt pp dolo/rem quē inducūt: ⁊ ēt cuz ſunt multe cōmouent mām: que poſſet hre raptuz ad ꝑn[lia]: vel ēt ad ipſa mēbra ſpaſmata. Et dixit. cuſtodiant loca vētoſata ne infrigident: occupat enim illa frigus cito: qr ſunt rarificata. Et ſil̄r opz cuſtodi re a frigore loca balneata embrocata fricata ⁊ rubificata ⁊ qūolibet rarefacta: qr frigus eſt inimicuz neruis ⁊ ſpaſmi igroſſat māz. ¶ Dixit Atrorofos. ⁊ ponit ꝑ ꝑti. clyſtere ſa ctū ex ſanguine teſtudis cū caſt°. ꝓuenit mirabil̄r ſpaſmo.

¶ Cura ſpaſmi nō ꝓportionati ad mām facti ab aeris frigi ditate cura eſt. dixit Pau. inūgat mēbr extēſum. i. rigidū cū oleis calefaciētibus: ⁊ ſi nō mitigat extēſio in tibijs: ven toſe ponēde erūt ſupra renes ⁊ vltimū ſpondilē dorſi. Et ſi eſt in manibus: ponant vētoſe in ſpatulis ⁊ in vlt° ſpōdili colli. Et dixit. cū corpus eſt ſanū: ⁊ extēſio. i. rigiditas ſiue ꝓgelatio eſt in labio palpebra lingua vel oculo: eſt valde pi culoſa pp vicinitatē ⁊ cōitatem ad cerebr: ⁊ eſt valde pre/meditandū ne extrahat: tūc ſanguis a nuca nec a ſpōdili ꝑ .ſ. ꝑ ſcarificationē. ¶ Dixit Hili. accīs ex frigiditate aeris glatiei ⁊ ſiluz balneis aque dulcis ⁊ inūctionibus calidis iuxta ignē vel melle inuncto ⁊ fricationibus paucis ſoluitur: ⁊ ꝓuenit fricatio cū piretro ⁊ oleo eius ⁊ ſilūbus: ⁊ ꝓue nit ariſtol. ror. bibita ⁊ caſtoreū etiam bibitum.

¶ Spaſmi vō facti a ꝓcuſſione vel caſu pp quam ꝓcuſſionē ſeqr dolor vehemēs pp quem fugiūt mēbra ⁊ ſpaſmant premiſſa cura p̄ eūonem ſm q̄ ꝓcuſſio ⁊ caſus regrit: vt dr in ſuo loco. Cura eſt. dixit Auic. vt adminiſtrent embroce que laxāt. i. mollificāt ⁊ ſedāt dolorē. ſ. que ſint tēperate re ſol'onis: ſicut ex decoctiōe ordei fracti camomille fenugre/ci ⁊ ſiliū. Et nos diximus locū adminiſtrationis hax medi cinax in cañ. ſ. in ꝑn° 1ꝝ ſen tertij. vbi vult q̄ gñal̄r itēdas ad ſedationē doloris partis ꝓcuſſe. cū hoc tū debes intēde re ad ꝓfort[nem] originis neruox adminiſtrādo me[nas] nuce.

¶ Et ſil̄r curat ſpaſmus ſequēs ad vulnus qō vehementez inducit dolorē. Dixit Hui. q̄uis dicat i curabilis: cura tū remediabilis eſt: vt cū incipit dolor mitigar cū anodinis: vt ſunt anodinū oleū anetinū calidū aut de camomilla aut de ſemine lini. Et emplm factū ex ſemine lini fenugr. flori bus camomille ſemine aneti ⁊ farine ordei ⁊ radice malua uiſci ⁊ dictis oleis ⁊ ponat calidū: ⁊ ponat ifirmus q̄ſi ꝑti nue in balneo aque calide decoctionis r ex poſitax in em/plaſtro ⁊ ingeniet vt vulnus ſaniet ⁊ mūdificet ex eo.

¶ Et ſpaſmus factus pp puncturaz vel apa. dixit. A. curat cura illox. ſ. dicta 4[or] 4[a]. Dixit Ser. ſup Uia. ſi fiat ex pū ctura acus vel ferri cura eſt difficilis: prius tū ſupponant reſolutiua: ſicut furfur triticeū torrefactū cū ſale. Uel acci/pe filatū crudū in cineribus bullitum ⁊ ſupponat. Si aūt hec nō ſufficiūt cū raſorio locus apiat vt ſanies egrediat: deinde ſequat cura: vt in ſpaſmo a vulnere. ¶ In ſpaſmo facto ex pūctura vel fiſſura parua ꝓuenit medicamen de eu forbio: ⁊ hoc ſi neruus pūctus vel fixus nō fuerit detectus apparēs. nā neruo detecto apparēti medicamen de euſor/bio non dz approximari. Neruus enim diſcooptus fortes medicinas q̄le eſt euforb. nō patit: ſicut illā patit cauteo coptus. Neruox aūt detectox medicina dz eſſe deſiccatiua ſine mordicatione ⁊ pūctione: que raro inuenit talis. De melloribus tū ad hoc eſt calx nimiū lota ⁊ cū oleo tēpera/ta ſup vulnus inducta. Et ſil̄r tucia cū oleo roſ. Et oleum qdem ꝓuenit in neruo diſcooptо: in coopto vō cute vel car ne non ꝓuenit: qr ipſuz putrefacit. Sed de his amplius di cet in loco ſuo ca° de cura vulnex ⁊ neruox.

¶ Et cura ſpaſmi nō ꝓportionati ad māz eueniētis in febri bus. dixit. A. fit cū humectatione vehemēti cerebri neruo rū ⁊ lacertox cū mollificātibus vehemētis humectatiōis. ¶ Dixit Guil. hic ſpaſmus curat ꝑ eūonem māe mordica tis neruos ⁊ lacertos ⁊ ꝑ alterationē egritudinis in ꝓtiz: ⁊ ſil̄r cauſax ſique ꝓcurrūt ad diſſol'onem illius māe.

thetani. dixit Aui. thetanus qui. ſ. est duplex spasmus est dignior: vt in curando ipsum incipiat q spasmus. ſ. simplex: qm̄ est magis ledens prefocans z interficiēs spasmo simplici z acutiori eo. Et dixit cura thetani est eadē que est spasmi: z hoc in vñ z in particulari. Et pp hanc causam multi auctorum non fecerunt specialē mentionem de cura thetani. Et quidā alii specialiter tetigerunt de cura thetani de repletione. Referenda ergo est cura thetani ficci ad curā spasmi ficci: z cura thetani humidi ad curam spasmi humidi. Et cura thetani non proportionati ad materiam ad curā spasmi non proportionati ad materiam. ¶ De cura speciali p dictam thetano humido. dixit Raſ. p cōtin. detur ei in potu aqua mellita decocta vsq ad medietatē: sed oz subtiliter z paulatim bibere. ¶ Dixit. A. cū patientes thetanum cibantur non opz vt transglutiant ex cibo nisi bucellā valde paruam. Et opz vt sorbeāt pultes subtiles. ſ. liquidas quoniā transglutire est eis peruersum z difficile pp lesionem musculorum colli z meri. quare timor est ne retineretur cibus z potus in ore quo retento z nō trāseunte per meri: timor est ne descendat in cannaz pulmonis quo in eam descendente necessarium est vt violento impellatur aeris impetu superius versus colatorium. quare aliqñ egreditur per nares z fit inde spuma in naribus eorū. Naz etiā inde cōmouens humiditates z ventositates commiscent cum ipsis vel cum cibo illo vel potu. vnde fit spuma. quare hoc eorum augmentat egritudinem: quia additur ad dolorem z debilitatez virtutis. Terret ēt inde eger z recusat amplius sumere cibum vel potum. ¶ Dixit Raſ. vbi supra si thetanus est cronicus intromittat patiens in tinam plenaz oleo calido in die multotiens: sed non moretur multū in ea: quia est dissoluens virtutē. ¶ De cura aūt per inſtrm potionis in intentione ad euacuationē. ¶ Dixit Raſ. primo pti. Cui accidit dispositio thetanosa flobotometur in primis: z non pretermittas subtractionem sanguinis. Sed tū non extrabatur semul z subito: iz paulatim z successiue. Et cū ligatur vena ponat desuper lana intincta in oleo q non possit subintrare frigus. ¶ Et in intētione ad diuersionem. dixit Raſ. clysterizet cum oleo rutaceo z opoponaco. Et. A. dixit cōuenit ei enema cū oleo rutino z castoreo z centaurea z similibus. Et suppositoria mordicatiua cala. ex baurach. pulpa colloquin. z yera z similibus. Et si adustionē fecerit in ano. fiat clystere ex lacte asine. Et dixit Raſ. vbi supra apponantur scarificatione due ventose. Et debent poni in collo vel in loco multorū musculorū vel spondiliū z in vtroq latere pectoris z sub ypocundriis: z in loco renum z vesice ¶ Dixit Auic. vsus ventosarum in thetano plus fiat q̄z in spasmo: z illud ideo vt reducatur calor ad ipsa z etiaz quia plus fit a ventositate quam ventosa resoluit. Et sit. dixit ipſe. vsus earum cum scarificatione. z hoc maxime vbi esset aliqua materia mixta sanguini. Etsiue ponantur cum scarificatione siue sine ea: proprie earum vsus sit super musculos colli z spondilium z thoracis. idest ypocundriorum: eo q bis locis sunt musculini de quorum nocumento magis timetur. ¶ De intentione vero ad alterationem. dixit Ipo// cras. quinto affoxismorum in affoxismo. calidum vero faciens ꝛc. q calidum actuale est rigorum spasmorum z thetanorum mitigatiuum: quia remittit causas eorum z conuenit ēt calidum potentiale. ¶ De alterantibus ab intra approximatis. dixit Hal. in lib. de tyriaca ad cesarē Castor conuenit corpori rigido manifeste. ¶ Dixit Auicē. de quibus dicuntur esse iuuatiua in cura thetani est vt detur de opoponaco. z. i. z similiter de castoreo. Castoreum enim est ex rebus magis conferentibus thetano frigido z humido. quare oportet vt assiduetur. ¶ De alterantibus vero ab extra approximandis. dixit Ipo. 5° affoxismorum. est autem vbi in thetano sine vulnere iuuene bene carnoso estate media multe frigide aque infusio caloris reuocationem facit. Calor vero hic reuocatus liberat thetanum resoluēndo materiam. ¶ Rasis vero primo continentis. Dixit aspersio aq̄ frigide sm̄ sententiaz Ipo. est valde periculosa. Et ideo nullus post tempus eius hoc retulit: z ego similiter. dixit ipſe pretermitto hanc curam. ¶ Notant q in spasmo z thetano non vniuersalibus: sed particularibus existentibus de repletione in hominibus multe caliditatis naturalis z in tempore calido sine vulnere vlcere vel excoriatione frigidū actuale approximatum reuocando caliditatem naturalem ad interiora z vniendo z fortificando ipsam est iuuatiuum z curatiuū ipsorum. z nostris diebus experientia etiaz hoc demonstrat. Sed quia Auic. videtur hoc remedium concedere in spasmo vniuersali. ideo dicunt. q in spasmo z thetano vniuersalibus raro valde iuuamētum in hoc remedio reperitur. z raro debemus eo vti. z tunc etiam non nisi cuz magna cautela z cum conditionibus quas Ipoc. posuit in affo. Et tunc esset solum quando remedia per se conuenientia non prosunt. Et ratio est: quia vt habitum est in cañ. vniuersalibus curationis remedia irregularia per se potentia iuuare z per se multum nocentia non sunt applicanda nisi in casu valde desperato z multum cogente. Dixit autē Ipo. notanter est autem vbi ꝛc. z nō dixit semper: q̄ dato q obseruentur etiam conditiones ab eo posite q patiens sit iuuenis carnosus robustus egrotans estiuo tēpore z q spasmus sit particularis adhuc istud remedium non semper curat ſz aliquando. Non enim conuenit materia existente multa q̄z calor naturalis reuocatus superare non possit: quia tunc non ceret suffocaretur eniz calor naturalis sub illa materia multa. quare oportet materiam prius fore minoratam z aliqualiter digestam si morbus dabat inducias ad digerendum. Et tunc etiaz aqua frigida debet esse multa. scilicet tanta q sufficiat ad bene reuocandum caliditatem. sup. z debet esse subito approximata vt citius z magis naturalis caloris reuocationem faciat subita etiam aspersio quodam modo terrefaciendo virtutem maiorem inducit caloris reuocationē paulatim vero infusa non sic reuocat: quia magis assuescit membro. ¶ Dicunt communiter q quando Hali. dixit. in cōment. omne genus spasmi. intellexit de omni modo spasmi de repletione. Quidam tamen dicunt. ipsum intellexisse generaliter de omni spasmo: quia etiam in spasmo ficco: z in non proportionato ad materiam istud remediū potest aliqualiter conferre. In spasmo quidem ficco quando siccitas processerit a superfluitate caloris. tunc enim frigidum remittendo calidum z qualiter humectando conferet. sicut dictum est aque frigide balneum in cura ethice conferre. z in spasmo non proportionato ad materiam potest conferre marime quando procederet a materia calida mordaci.

¶ Dixit Raſ. primo continen ponatur super membra lesa lana intincta in oleo cucumeris asinini vel in communis cū castoreo: z impleatur aliquod vas eneum oleo calido z ponatur super neruos colli. ¶ Dixit Auic. sedeat in oleo calefacto. scilicet communi vel vulpino vel alio simili. Et dixit. ex eis que dicuntur esse iuuatiua in cura thetani z spasmi est vt ferueat succus aneti z mittatur in ipso catulus caloni i. marmote siue cuiusdam animalis marini quod dicitur esse in virtute castorei. vel alicuius animalis vltra marini simile vulpi aut catulus canis aut catulus vulpis aut lupi. Et decoquatur donec dissoluatur. deinde infundatur eger in ipso. ſ. bis in die. Et ex eis est vt fiat inunctio ex adipibus siluestribus. i. animalium siluestrium. vt leonis vsi cerui z althiborum idest pardi. ¶ Judeus autem dixit. de adipe leporis z fiat inunctio ex eis singulariter vel coniunctim vel ex eis simplicibus vel cum medicinis. ſ. aliis conuenientibus simul mixtis. Et dixit. inunctio renum singulariter fiat

cum vna illarum pinguedinum. dz enim specialiter in spasmo z thetano mungi spina tota. ¶Unguentum optimum sic fit. ℞. pinguedinis marmote vulturis gatti z vsi olei vulpini aii. ʒ.i. olei cucumeris asinini olei costini olei de terbentina succi ruthe succi foliorum lauri. aii. ʒ.i.ʒ. aque vitis piastii succi aneti. aii. ʒ.iii. granorum iuniperi piperis squinanti mirre. aii. ʒ.ʒ. ista pistata bulliant cū predictis ad succorum: z aque consumptionē. deinde colentur z addatur cere z ysopi humide. aii. ʒ.vi. bdellii opoponacis euforbii. aii. ʒ.ij. z fiat vnguentum: est enim vtile z cōueniens si deus voluerit. ¶Dixit Auicē. ex eis que obseruanda sunt in patiente thetanum est vt quando corpus sudat pp vehementiā doloris qui inflāmat caliditatē siue pp mānz: oportz q nō dimittatur vt infrigidatio sudoris ei superueniat: qm frigiditas ledit ipsum: sed oz q desiccetur sudor cum lana infusa. scilicet in aliquo oleocalido ꝯueniente.

¶De tremore. Cap. ix.

Tremor Dixit Ser. super nono Al. vt colligitur ex auctoribus: est duplex vnus proprie z stricte sumptus: qui est propria passio neruorum. Et alius large z improprie sumptus: qui non est passio neruorūz z hic potest accidere a causa intrinseca z a causa extrinseca. A causa extrinseca sicut ab aqua frigida vel calida sparsa supra corpus subito z improuise. A causa vero intrinseca sicut in febrium paroxismalium accidit principiis a materia mala sparsa super musculos z membra sensitiua. Cuius nocumentum cum percipit virtus eorūz sensitiua imperat virtuti naturali expulsiue z incitat eam ad expellendum. Cuz ergo conatur expellere: z non perfecte potest: causatur inde tremor: qui proprie est quedam concussio z agitatio omnium membrorum corporis de quo tremore z eius dispositionibus sufficienter dictum est in sermone de febribus ¶Tremor vero proprie sumptus qui est passio neruorūz ab aliquibus vocatur minor paralysis: communiter tamen absolute ab auctoribus vocatur tremor: z de eo absolute p lato tremore intelligitur. ¶De quo dixit Hale. 5° de accidē tib. q ipse est motus compositus ex duplici motu. scilz motu grauitatis membri trahentis deorsuz. z motu virtutis voluntarie motiue subleuantis sursum. Homo nāqz dixit Hal. sanus existens potest mouere membrum ad omnem differētiam positionis quocunqz voluerit: z potest tenere ipsuz firmum. Cum vero membrum mortuum seu paralyticatum fuerit cadit deorsum. z non potest moueri. Cū vero corpus fuerit egrum debilitata virtute grauitas naturalis membri trahit membrum deorsum. virtus vero mouet ipsum in sursum. Et sunt isti duo motus vere cōtinui seu successiui nūc motus grauitatis membri deprimētis: qui motus a quibusdam vocatur motus membri: z nunc motus virtutis subleuantis: qui dicitur motus nature. isti enīz duo motus si nō essent quasi continuati z successiui non causarent tremorez Oportet ergo. inquit Hale. bellum eorum. s. virtutis z grauitatis mēbri optime inquiri. Naz virtus non dimittit mēbrum inferius ire sicut in mollitia. i. paralysi contingit. Nec grauitas membri sinit ipsum superius eleuari a virtute ne decidat: sicut ipsum subleuabat in sanitate. Ideo sic aliquando vincit aliquando vincitur z continue alterum sequitur alterum tremor efficitur. ¶Zoar tremor fit ex pugna que accidit inter virtutem nālem sustentantem mēbrum: z inter humorem grossum qui aggrauat mēbrū: qm̄ virtus intendit sustentare mēbrum: z humor ex sui nā prostrare atqz deprimere: z sic fiunt duo motus diuersi. vnus post alium: z vnus est voluntarius z alius violentus. Et voluit Hale. q in motoribus predictis. s. virtute z grauitate mēbri sit quedam paritas. Si enim non esset inter eos equipolētia in mouendo non causaretur tremor. Si enim virtus omnino vinceret. grauitas non traheret nec moueret membrum. dꝯ eorūnum. Et si grauitas vinceret virtus non moueret sursum brum: sed inferius quiesceret. ¶Dixit aūt Hal. in lib. de more rigore z iectigatione vbi pulchre pertractat hanc materiam. cap. sexto. tremor est nocumentū accidens pp debilitatem virtutis. s. motiue voluntarie. fit enim ipsa tempore exercere motus voluntarios. vnde non accidit nisi mouere volentibus aliqō membrorū suorū aut ipsum firmū tenere. ¶Dixit Auer. collig. 3° tremor est motus cōpositus qui fit in mēbro eo q virtus animalis motiua pugnat cuz virtute declinatiua: que est in mēbro trahente membrum ad. Et ppea fit in his motus ꝯrius liquando superius: qm̄ fortificatur virtus motiua. z aliquando inferius quando fortificatur virtus declinatiua. ¶Aui. aūt imitās Hal. z colligens verba eius dixit: tremor est morbus officialis eueniens pp defectum virtutis motiue a motu lacertorum sm ꝯmixtem cōpar grauitati cōpari intromittenti sua motione motionem voluntariaz. quare cōmiscent motus voluntarii cū motibus non voluntariis. ¶Notant q tremor inquantus proprie sumitur: z pro malo motu est accidens. Dixit Auicenna sicut stupor est accidens virtutis tactiue ita tremor est accidens virtus motiue voluntarie. Et voluit Hozd. q tremor sit actio diminuta ipsius virtutis motiue. sicut stupor est actio diminuta tactiue virtutis. Inq̄ntum tremor consideret vt est motus cōpositus ex predictis duobus motibus potest dici actio corrupta. Sed tremor inquantum est mala dispositio corporis vel mēbri: qua fit iste malus motus sic potest dici q est morbus. Et est morbus officialis: z inquantum euenit membro officiali. z inq̄ntum accidit in natura officiali. s. in psalmate: est enim morbus in situ. Dixit enim Auic. ꝑ. 2ª ca° 3°. q est mala locutio mēbri in suo loco. vnde monetur non sm cursum naturalem nec sm cursum voluntarium que mala locutio sit pp defectum virtutis motiue voluntarie lacertorū illius membri. qui defectus virtutis motiue ꝯpar z continuatus in sua operatione grauitati membri que grauitas ēt est compar z continuata defectui ipsius virtutis in sua operatiōe. Et ista grauitas compar defectui virtutis intromittit secum motionē voluntariā: qz trahendo inferius incitat virtutē q subleuet. Et ex hac grauitatis mēbri z virtutis debilis paritate miscentur motus voluntarii cum inuoluntariis. ¶Dicunt. ad causandum tremorē semper requiritur altera duarum grauitatum: aut grauitas propter naturam qualis est grauitas humoris in membro existentis flegmatici vel melancolici aut grauitas nālis mēbri. Et pluries vtraqz grauitas simul concurrit. ¶Dixit Hentilis. in tremore sunt duo motus. vnus deorsum qui fit a grauitate mēbri. z est talis motus accidens virtutis motiue: q est defectus actus motionis eius debentis mouere membrū sm voluntatē z tenere ipsū in debito situ. Et alius est motus insursum factus a dicta virtute z est accidēs suum: q est sua actio que lz vt actio virtutis sit quid naturale: tñ vt est mala actio est quid ꝯ materiam: q etiam actio lz sit sua sit ꝯ voluntatem: qz fit ex incitatione grauitatis mouentis ad ꝯtra. Et ideo dixit Aui. q motio grauitatis intromittit motionem voluntariam: qz quasi facit ipsum necessario sequi intantas ad actum. Sicut puluis existens in oculo tuo facit te mouere palpebram ꝯ tuam voluntatem: q̄uis motus palpebre sit voluntarius. Et hoc est qō cōsueuerunt dicere doctores. s. q motus iste voluntarius qui est in tremore quo fit mēbri subleuatio non est vere voluntarius sm primā intentionē: sed est voluntarius sz 2ª intentionē: qz fit per voluntaria instrumenta. s. per musculos: nō tñ subiicitur imperio voluntatis. sicut ēt aliqui motus palpebrarū sunt voluntarii sm 2ªm intentionē: vt pz a Hale. in libello de motibus liquidis. ¶Et dixit Hentilis. q in dictis motoribus non est omnino paritas. si enim sic esset non proueniret ab eis actus sed virtus aliqualiter vincit. Et ideo paritas eoꝝ est partis cum quadā proportiōe z inter tales motores pōt interuenire

nire actio. Quidã vero dicunt. dꝛ esse inter dictos motores equipotentia non omnimoda: ꝫ qꝛ membꝛum non potest moueri sursum quin ẽt moueatur deorsum: nec potest moueri deorsum quin moueatur sursum. Et alii dicunt. ꝙ ꝛ si sunt omnino predicti motores equati adhuc interueniret i ter eos actio: qꝛ agunt ad mediũ: ꝛ non ad victoriam vnius extremi. modo motus tremoris est medius iter nãlem motũ ꝛ casum membꝛi siue quietem ꝑ nãm. ¶ Et dixit Hen. Hal. dubitauit an inter istos motus ꝑrios esset quies media: Et ideo aliqñ dixit. ꝙ non est quies sensu percepta. sicut etiam nec in pulsu formicante cui ipse assimilat tremorem. Et alii qñ dixit. ꝙ isti motus sunt immediati vel quasi immediati. vnde in libro de tremore ꝛ iectigatione capº. 4º. in fine dix. Cum ergo sic procedit motus mẽbꝛorum ſm istam formã s. motu ad superius cui non cessat inherere aut quasi immediate coniungi motus ad inferius sequitur ꝙ sit motus ex duobus motibus quibus mẽbꝛa permutatim mouent ꝓtinue in locis suis. Et iste est motus quem medici vocant tremorem. ¶ Dicunt. ꝙ isti motus sunt ſm ꝓtinuitatẽ. s. apparentẽ. Cum enim motus iste cõponat ex duobus motibus ꝑriis non poterit esse existenter ꝓtinuus cũ necessario vt ait Aristo. inter motus ꝑrios quies interueniat media. Et dicunt. ꝙ tremor nõ solũ causatur nã reluctante motui grauitatis per motũ oppositũ: sed etiam ea intendente quietem. Ideoq; cum sit difficilius rem motam sursum moueri deorsum q̃ quiescentẽ moueri deorsum. Ideo apparet pluries membꝛum plus tenere sursum q̃ quando mouet ipsum sursum. ¶ Dicunt. ꝙ q̃libꝛis tremor sit motus preter nãm. subiicitur enim malo motui a Gale. 5º de accidenti. tñ ad ipsum perficiendum concurrit res naturalis. s. virtus. vt dicit Ga. septimo affoꝛismoꝝ. in commẽto affoꝛismi. in litargico tremor. ꝛc. ꝛ satis patet ex dictis.

De causis tremoris. dixit Ipo. tertio epidimiaruꝫ. ꝛ ponit primo cõtiñ. accidit tremor ex casu virtutis. Et ꝟ casus ꝓtingit ex immoderata purgatione fame labore difficili ꝛ plurimo coitu. sup. ꝛ aliis oibus causis inanientibus corpus. Et dixit. accidit ẽt multis humoribus gravantibus virtutẽ. ¶ Dixit Gale. 4º de accidenti. tremor accidit. cum morbus non ꝺz vltimã victoriam motiuã mẽbꝛi. sicut ꝺz in paralysi. ¶ Dixit Paulus. tremor accidit ex debilitate neruoꝝ ꝛ potu aque frigide in febribus ꝛ ex inedo potu vini ꝛ ex neruoꝝ mala cõplexione frigida. ¶ Dixit tabꝛi. ꝛ ponitur primo ꝓtiñ. accidit ex multitudine potus vini ꝛ ex diuersitate multorum vinorum ꝛ ex ebrietate ꝛ potu aque frigide cuꝫ niue ꝛ coitu. ¶ Dixit Raſ. in diuisionibus. fit pp casum virtutis post egritudinez ꝛ fit ex assiduatione vini: ꝛ fit ex ꝺño flegmatis ꝛ debilitate neruorũ. ¶ Dixit Ser. tremor fit ex debilitate virtutis deferentis mẽbꝛa: ꝛ non fit ſp imo qñ vult virtus deferens mẽbꝛa mouere mẽbꝛ ꝛ debilitat mẽbꝛ. Et fit illõ aut pp lesionẽ ajalez aut corpoream. lesio autẽ alalis est ira angustia ꝛ timor ꝛ alia similia bis. Cause autẽ cuiusq; eaꝝ sunt multe: ꝛ non coarctat eam valde qñ inuenit ex istis accidẽtibus res parua: ꝛ dicimus ꝙ illud qõ facit accidere hanc egritudinem multũ est timor. sicut faciunt illud motus ꝛ balneũ caliduꝫ qñ superfluunt. Et illud. s. timor fit pp illud qõ consequitur hoiẽ ex lupis aut ex transitu cauerne alte aut ex rege. ¶ Ex lesione vero corporis que faciunt accidere tremorem sunt sicut malitia cõplexionis frigida absq; materia. sicut illud qõ accidit decrepitis: ꝛ qui bibit aquã frigidam aut natat in ea. aliqui multiplicant in potu vini. ipsum eniꝫ facit calefactionem. Et ex eis sunt que faciũt hoc per accidẽs sicut opilatio ex humoribus grossis viscosis: qꝛ prohibet virtutes motiuas: que sunt in seipsis sane penetrare ad neruos. pp illud igitur sunt per accidens. ꝛ isti quidẽ humores aut adherent nervis connexione vehementi adeo donec virtus non potest eradicare eos. Sed currit ex eis res parua ad lacertos ꝛ neruos: ꝛ non potest extendere lacertos: ergo tunc tremor accidit. aut non sunt adnexi cõnexione vehemẽti. Et potest virtus per acuitatẽ motus sui eradicare eos. ꝛ deinde fiunt eis motus qui dicunt. stupefactiui mollificati: qõ est: qꝛ humor per acuitatẽ motus virtutis expellitur ex neruis ad lacertos propinquos ꝛ facit accidere motũ. Cũ ergo currit fridus humor ad locũ prohibet ea a motu donec adueniat ei 2º. ꝛ mundificet eũ. ¶ Dixit Auer. colli. 3º Cã tremoris vna est ex speciebus male ꝓpꝛionis. ꝛ vt plus accit pp malam cõplexionẽ frigidã. aut pp malã cõplexionẽ frigidaz ꝛ humidã: qꝛ neruus non ꝺz ledi nisi p istam vtplurimum. ¶ Dixit Auic. cã vnde fit tremor. aut est in virtute aut in instro aut in vtrisq; simul. cã aũt in virtute est: qñ debilitatur ex eo ꝙ accidit ei tremor. aut pp applicationẽ rei abscise terribilis sicut aspectus de loco alto: aut ambulatione supꝑ rietẽ vel trabem aut perꝛatio coram eo ex quo aliquis verecundat vel qui timet aut reliqua ex quibus ꝑhunt virtutes animales vt angustia aut tribulatio aut gaudiũ desideratum. sup. aut aliqõ aliud acñs aie simile predictis tunc accidit tremor in neruis ꝛ lacertis. Et hoc fit: qñ facit ꝓtingere diuersitatẽ in motu spiritus. Et fit motus in eo diuersus ab eo quo mẽbꝛa egent pꝛo suis motibus spũ ergo moto omnino nõ ſm ꝙ egent mẽbꝛa virtus debilitat: ꝛ nõ fit motus voluntarius debite: sed tremulentus. spũs aũt mouetur ſm accña anime pp ordinẽ motuum virtutũ. hñt. n. virtutes in nobis hunc ordinẽ nãliter insitũ. vt exñte imaginatiua in tali disponẽ. verbi gꝛa. timorosa virtutes cordis nãles ex ipso tali ordine mouent spũs ad intra ꝛ ꝑhũt ipsum. Et similiter in oibus anime passionibus in quibus fit ꝛctio spũs ad intus. sicut in tristicia ꝛ tribulatione. i. angustia. ꝛ eꝑ fit gaudio ꝛ sibi similibus accñia itaq; anime causant tremorẽ pp ordinẽ motuum virtuum: ex quo ordine fit diuersus motꝰ in spiritu quia nimis extra vel nimis intus vel quomodolibet aliter q̃ debeat moueri: vt qñ diuersificat motus eius: ꝛ vacillat pp dubitationem de casu vel alia re mala. Et ista accidentia anime siue iste cause dicunt se tenere ex parte virtutis: qꝛ tenent se ex parte accidentiũ aie cui virtus attribuitur. Et dixit Aui. ex causis tremoris ſm semitã debilitatis virtutis est multitudo coitus post refectionem. s. ex cibo ꝛ repletionem humoralẽ. Et non solũ post repletionẽ. immo ẽt post minutionẽ ꝛ eũonem. resoluendo enim spiritũ imediate debilitat virtutẽ motiuam ꝛ debilitando digestiuam mediate etiam debilitat motiuam. facit quoq; coitus tremorem pp malum motum in spiritus qui in eo contingit sicut alia accidentia anime supꝛadicta faciunt. Et coitus inter accidentia anime communiter reponitur.

¶ Causa aũt in instro est triplex. pꝛia est dixit Aui. mollificatio aliqua quã incurrunt nerui pp quã non accidit paralysis: eo ꝙ nõ est tãta ꝙ mẽbꝛa efficiat mollificata priuata sensu ꝛ motu ꝛ est tanta ꝙ debilitat ꝛ relaxat neruos ꝛ lacertos: ita ꝙ non retineantur apud motionẽ neq; sustẽtentur: quẽadmodũ accidit pp potum vini multũ ꝛ ebrietatem frequentẽ ꝛ multitudinẽ potus aque frigide aut potu eis. licet nõ multi seu ẽt vini: non multi: ꝛ in non sua hoꝛa. ¶ Scõa cã est: qꝛ aut i mẽbꝛis neruosis ꝓtingit opilatio pp repletionẽ plurimã aut aliã quãcunq; cãz opilationẽ in eis faciẽtẽ. quapp virtus non perfecte penetrat in neruos. nõ tñ omnino impedit: qꝛ nõ regat mẽbꝛa in motu nec põt ea sustentare ꝛ ꝛ tremunt. ¶ Tertia cã est. qꝛ aliqñ fit vt instim aliq; incurrat deficcationẽ pp quã non obedit reflexioni faciliter ꝛ iõ mẽbꝛa mota tremunt. Siccitas. n. tam cõplexionalis q̃ ẽt pp eũonez humidi potest esse cã tremoris tripliciter. pꝛio debilitando virtutẽ. sicut omnis qualitas imoderata facit. Scõo causando ꝓctionẽ in mẽbꝛo ꝛ motũ quendã malum spasmosuꝫ. q motus põt impꝛopꝛie vocari tremor. qꝛ ẽ motus ictuosus: ꝛ hos duos modos Aui. tetigit. ꝑ. 2ª capº. de causis motuũ non nãliũ. cum dixit horũ cã est sicut siccitas

debilitans sicut tremor siccus aut cā spasmi siccans sicut cā spasmi sicci aut singultus sicci. Tertio modo siccitas fit causa tremoris indurando mēbra q̄ mota cū violentia p̄cutiuntur quodāmō ⁊ tremunt: ⁊ iste tremor non est p̄prie tremor de quo auctores loquunt in hoc ca°. sz potius dr motus cōcussius seu tremulus eo modo quo dr pulsus tremulus. Sz p̄rio modo a sicco inductus potest esse verus tremor.

De causis ex pte virtutis ⁊ instrumenti simul.

¶ De causis aūt cōibus virtuti ⁊ instrō. dixit Auī. cōitas earū est vt accidat instrō nocumentū perueniens virtuti quē admodū si aduenit ei frigus vehemens extrinsecus. Aut ex punctura alialis aut ex humore frigido. aut ex calore vehemēti. sicut apud adustionē aut alia. Et est cā cōis vtriscz q̄si ex parte virtutis aliqua cā vt timor p̄iungit cum aliqua cā ex pte instrī vt cum mollificatione. Iste enim cause separate ⁊ p̄iuncte faciunt tremorē. Et aliq̄n vna iuuat aliam seu disponit sic q̄ supueniente alia inducit tremor. sicut apparet bibulis q̄ adhuc ex illo potu vini non tremunt: sz supueniēte eis paruo timore vel ira tremunt. Et iō Auic. dixit. Aut aduenit virtuti p̄m suam singularitatē nocumentū vel impedimentū ei p̄priuz: ⁊ membro ēt p̄m suam singularitatē aduenit nocumentū ei p̄priū ⁊ p̄tinuant̄ duo nocumenta simul. ¶ Dixit Hal. 5° de accidenti. decrepitis accidit tremor ex leui cā. ¶ Dixit Hilib. cā tremoris in senibus est. q̄ terrestre oppr̄imit spiritū. spūs aūt oppr̄essione grauatus ⁊ ex parte p̄sumptus nitit se exonerare ⁊ erigere. vñ cōpositus motus qui tremor dr eis accidit. ¶ Dixit Serar. sup 9° Al. tremor diuersis modis pōt cāri. Aut. n. fit ex inanitione ⁊ ō sectione caloris ⁊ spirituū vt in p̄ualescentibus ⁊ ethicis cōtingit: q̄ non possunt erigere mēbrū: ad quē modū reducit tremor tantus ex accidētibus aiē in quibus mēbra motiua p̄iuant calore ⁊ spū illis retractis ad cor. vel expansis inde bite. Aut fit ex repletione humorali: q̄ vtp̄m fit a mā flāti/ca opilante. aut fit ex opilatione sine hūoris vitio. sicut accidit a forti aeris frigiditate ligatura ⁊ filibus. ¶ Dixit Hal. 5° de accidenti. tremor accidit in frigidatis ⁊ assuefacientibus potum vini fortis ⁊ ex nauseatiua satietate frequenti ⁊ multū comedentibus: ⁊ nō vtentibus exercitio: sz quiete. ⁊ potantibus aquā frigidā eo tpe quo ipsam bibere non debent. h enim oia gr̄iant malā cōplexionem frigidā. Et dixit. accidit ēt ex humoribus grossis opilantibus vias p quas dirigit̄ p corpus spūs aialis. Et dixit. tremor inerit mēbris cū musculi sunt debilitati: sz nō intm̄ q̄ amittunt eor vires Cū enim oīno eor vires deficiunt euenit lassitudo. Verum cū musculi hūt tm̄ de virtute q̄ pole est eos trahere iam ⁊ subleuare res ponderosas: q̄ earū attractione trahunt musculi inferius versus illud mēbrū: cū quo vel a quo dicta pōderosa trahunt ex inde p̄surgunt motus p̄ii: ⁊ sic tremor. ¶ Dixit Hilib. Causas p̄ior motuū tremoris diuersi diuersas assignant. quidā siccitatem ⁊ humiditatē causas eorum esse dicunt: q̄ eax motus abinuicē p̄dicunt. humiditas. n. fluens super neruos ⁊ musculos hz motū ad extrema. siccitas vero neruor habens motū ad mediū p̄dicit ei ex quarū diuersis motibus diuersi motus causant̄ in neruis ⁊ lacertis: ⁊ sic tremor. ¶ Alii dicunt caliditatē ⁊ frigiditatez esse eorū cās pp earum similiter p̄rium motum. ¶ Alii dicunt. morbū ⁊ nām causas esse eorum. natura eniz eleuat mēbrū morbus vero deprimit ipsum. nā cum spiritu ⁊ calore nitit eleuare membrū: humor vero grossus neruos oppr̄imit ⁊ ex pondere cadunt. ¶ Et dixit Hilib. Quidā causas particulares tremoris p̄m diuersitates morbor ⁊ locorū assignāt. fit enim q̄cz in mollitie neruor. s. in paralysi. Et signāt cōfortationē caloris nālis supra mām. quare significat salutem. Et q̄n fit ex multitudine māe caloris suffocationē faciētis vnde calor nitit exonerari. Et q̄ debilis est calor ⁊ coangustatus ex multitudine humorū. ideo talis tremor significat q̄ extinguit̄ calor nālis ⁊ sequit̄ mors vt in apoplexia ⁊ litargia p̄tingit. ¶ Et q̄cz fit ex mā existēte in venis sicut alq̄n in causone contingit. ¶ Et q̄cz fit ex reductione mēbri ad situm suū vt in spasmo. ¶ Et q̄cz fit ex plenitudine flomaci ex humore natante in ipso. Unde mouet labiū inferius ⁊ tremit ⁊ significat vomitū futurū. ¶ Et q̄cz fit ex sanguine decurrente in venis. sicut contingit in quibusdā obmittēb° flobotomiā assuetā: ⁊ citatur palpebra oculi significās minutionis indigentiam. Et q̄cz accidit ex ventositate in venis q̄ mouet quasi auis vel vermis sub cute gradiens. ¶ Et q̄cz fit ex fumo male māe membra sensibilia opprimente: vt in tipis febrium. ¶ Et q̄cz fit ex vulnere. ⁊ q̄cz fit ex debilitate virtutis lacertos mouētis: que deficit ex oppressione male māe cōpllonis pernitiose. ¶ Et q̄cz ex accidentibus anime. Et q̄cz ex ipsa materia graui virtutē motiuā aggrauante. ¶ Et tandem dixit Hilibe. q̄ generaliter ex quincz causis dicunt accidere tremorē. s. ex frigiditate intercepta ⁊ membris ⁊ lacertis: cuius lesionē mēbra sensibilia sustinere nequeuntia insiliunt. Et fit in eis motus p̄rius qui est tremor. ⁊ tunc est per totū corpus. Aut ex calore sup fluo aperiente ⁊ cōsumente ⁊ deficcante: vñ nerui p̄hunt frigiditas aūt nerui expellit. vnde fit motus p̄rius. Aut fit ex punctura. Cum enim aliquis humor pungitiuus: vt colericus vel salsus pungit neruos suo acumine eleuatur membrum: sed ex ponderositate p̄pria deprimitur: vñ fit tremor. Et ex timore fit tremor: quoniam tunc calor nālis interior petens exteriora dimittit ex maiori parte. Et quia nerui exterius maxime suam habent dispositionem necessario tremor succedit. Et ex ventositate accidit: q̄ spiritus grossus inclusus non habens exitum mouet ⁊ distendit membrum in quo residet. vnde tremor vel saltus in eo generatur. ¶ Dixit Ga. in lib. de rigore ⁊ tremore ⁊ ponitur a rabi in septima particula. tremoris causa virtutis est debilitas ferētis ⁊ moventis corpus. Et membri grauitas naturalis. ⁊ ideo membrū cum virtute debili ingeniat̄ mouere aliquid: sz cuz grauitate descendit ad inferius ⁊ accidit inde p̄hibitio ⁊ tremit. Et cum membrum mouet aliquid virtute ente forti nō tremit ⁊ ex virtute lesa totaliter nō accidit tremor sz dissolutio. Et apparet manifeste huius p̄hibitio in eo qui defert graue pondus. ⁊ nititur eleuare pedes ⁊ ambulare. ⁊ pedes eius tremunt. Et similiter si eleuat aliquod ponderosuz tremunt manus eius. Et eodem modo qui territus est ⁊ vult ambulare ⁊ aliquid eleuare tremunt manus eius ⁊ pedes: quia timor ⁊ debilitatio concutiunt virtutez, ⁊ ideo accidit tremor senibus ⁊ corporibus defectis ⁊ exegritudinibus attenuatis. Et dixit virtutis debilis que est causa tremoris non est vna causa: sz sunt multe. videlicet ablentia cibi. accidit in turbatione ventris solutione forti exitu cōtinuo sanguinis ⁊ ieiunio resolutio spiritus vitalis. sicut accidit in copi magna. ⁊ frigiditas stringens poros membri adeo q̄ non potest penetrare inde ex virtute motiua nisi debile q̄d. Et repletio q̄ aggrauat virtutē adeo q̄ debilitat̄ in suo motu. ¶ A. comparans inter causas tremoris dixit. q̄ causa magis dominans ⁊ magis fixa ad hoc vt eueniat tremor est frigus debilitans neruos ⁊ spiritum simul. Aut humiditas liquida laxa minor mollificatione faciente paralysim. Nam nerui paratiores sunt pati a frigido ⁊ humido. ideo cz frigide ⁊ humide egritudines ad neruos magis festinant frigiditas insuper ⁊ hūiditas sunt qualitates magis impedientes virtutem motiuā: vt iam supra patuit. ¶ Dixit Ipo. 4° epidimiarū. tremor vt pluries accidit ex victoria frigiditatis super genus membrorum neruosor. ¶ Et supradictis apparent species siue differentie tremoris ex parte causarum sumpte ⁊ ex parte ēt subiecti. De his tamen dixit Auic. tremor q̄cz est in omnibus membris. s. in capite ⁊ aliis: ⁊ per consequens in toto corpore quando est in corpore. s. preter caput: q̄ non est in capite: sed in omnibus aliis membris. ⁊ quandoq̄ est in capite solum ⁊ nō in aliis membris: que diuersitas p̄tingit p̄m applicationem nocumenti lacerto vel ⁊

non

non aliis. vel in omnibus vel quibusdã. Et ppea dixit Aui. quandoq; fit tremor in vtriscq manibus ⁊ nõ in pedibus: ⁊ maxime pp triplicem cãm. vna est: qr causa non est in origine nuce sed in ramis neruoꝝ penetrantibus ad manus. Si enim lesio esset in origene nuce cũ nerui pedum orianꝫ sub neruis manuum necessario cõicaret pedibus nocumentuz. Scõa. quoniam ⁊ si causa inceperit ab origine nuce: tñ ibi non remansit: sed natura expellit eam ad ppinquiora loca: ⁊ ad ppinquius latus: ⁊ sic ad neruos manus. Et in hac expulsione conseruat nucam ne illa causa in eam penetret: ⁊ cõsequatur finẽ suum. s. q; noceat toti nuce. Tertia causa est. qm̃ spiritus motiuus in inferioribus est fortior ⁊ magis vincens pm necessitatẽ illoꝝ membroꝝ: quam habent de suo simili. s. de illo spiritu motiuo vel de operatione motiua. Et ex hoc sequitur q; stante vna causa in nuca patientur magis nerui manuũ q̃z pedu: quia partes superiores in virtute motiua sunt debiliores: ⁊ iferiores sunt fortiores. Modo partes fortiores non sic patiuntur sicut debiliores. imo non patiunꝫ a causis nisi validis ⁊ virtuosis. Et si patiunꝫ instãt. s. fortius hoc est: qr confortatur superatio cause eiꝰ. l. quia additur cause in fortitudine: sed in manu ⁊ instrumẽto debili nõ est ita. Sic itaq; vna causa in nuca potest eẽ potens impedire motum manuum que non potest ipedire motum crurium ⁊ partium inferioruz. Qõ aũt virtus motiua fit fortior in inferioribus declarat neruoꝝ illoꝝ soliditas ⁊ siccitas maior quã habent: quia sunt magis elongati a cerebro ⁊ nuca nec egent mollitie. pp certitudinem sensus. sicut nerui partium superiorum. Et declarat illud finis qui est sustentatio totius corporis. ⁊ translatio eius de loco ad locuz qui finis requirit instia firmiora ⁊ virtutem potentiorẽ: cuz sit ipse laboriosus valde. ⁊ precipue: qr vnũquodq; cruriuz per se solum dictum finem implere habeat. Dixit enim Ha. 3° de vtilitate particularum ca° 6°. in ambulando alterũ crurium mouet. alterũ vero in terra firmatũ totam portat corporis nostri molẽ. Addunt autem alii causam aliam que ẽt q; mẽbra inferiora sunt maiora. quare egent fortiori instrumẽto ⁊ pluri spiritu ad suum motum q̃z superiora. paucus enim spiritus non sufficit ad motum magni mẽbri. Quamuis tñ in inferioribus virtus motiua sit fortior: in superioribus tñ est dearticulatio: maxime in manibus. plures enim dearticulatos ⁊ artificiosos motus faciunt manus q̃z pedes vt pz primo de vtilitate particularum: pp quã causaz a pho 3° de anima manus dicta est organum organoruz. ¶ Dixit Gerar. super nono Alm. tremor plus accidit capiti q̃z aliis mẽbris. Et post caput manibus. Et cã est: qr caput est membrum frigidum ⁊ humidum flegmaticuz ⁊ flegmatibus repletum ratione flegmatis in ipso generati: ⁊ ab aliis ad ipsum de lati. quare aũt post caput plus accidit manibus est. qr manus sunt propinque capiti: ⁊ quia manus sunt membra magis cara q̃z pedes.

Signa generis nota sunt ad sensum. Et signa etiaz specierum nota sunt supradictis. Dixit Aui. signa eius sunt cause manifeste predicte. ¶ Tremor supradictus proprie sumptus conuenit cũ tremore ipropie ⁊ large sumpto in hoc q; vterq; est motus preter nãm: ⁊ est lesio corruptiua operatiõis virtutis motiue pp cãm euenientẽ in lacertis. Sz differt ab eo: qr tremor impropie sumptus est accidens virtutis motiue naturalis. s. expulsiue: que mouet ad expellendũ rem nociuam ad imperium virtutis sensitiue p cipientis nocumentum. Et ideo dicẽtes q; predictus tremor sit accidens virtutis motiue voluntaria ipropie locuti sunt. Tremor aũt propie sumptus est accidens virtutis motiue voluntarie. semp enim fit cũ motu voluntario. Nam membrum nunq̃z tremit nisi velit virtus voluntarie motiua operari. cum vero ab omni operatione cessat non tremit. Et iõ propius tremor põt fieri nullo sensu lesiuo vel nullo dolore seu nullo precepto nocumento causari. impropius vero tremor non. imo accidit mẽbris quiescentibus: ⁊ non mouere volentibus seu nõ motis a virtute voluntarie motiua. Inquit Hal. in lib. de tremore rigore ⁊c. Tremor non accidit nisi mouere volentibus aliqõ mẽbroꝝ suoꝝ: concussio vero ⁊ agitatio que febrilẽ calorem sequit accidit corporibus violenter ⁊ p̃ voluntatem oino intantũ q; patiens quiescere nequit quantũcunq; potens seu robustus sit ⁊ conatum fecerit oẽm ad quiescendum. ¶ Et tremor quidem proprius differt a saltu ⁊ iectigatione: quia in saltu ⁊ iectigatione motus est ex toto preter nãm. causatur enim a ventositate: neq; ad ipsum causandum concurrit aliqua virtus nãlis vel motiua voluntarie. Sed ad tremorem propie sumptũ concurrit virtus motiua voluntarie. Et ad tremorem ꝓprie sumptum cõcurrit virtus naturalis expulsiua. ¶ Dixit Gerar. super Viatico. inter tremorẽ ⁊ iectigationẽ non est alia differentia: nisi qr tremor fit continue. iectigatio vero interpolate. Et dixit q; tremor ẽ aliquo modo quedã dispositio media inter iectigationẽ ⁊ paralysim: ⁊ per hoc est in relatione ad potentiam causaꝝ: iectigatio enim fit in principio lesionis. i. cum minori potentia causarum ad ledendũ: ⁊ tremor fit in medio: ⁊ paralysis fit i fine: qr fit virtute superata a fortitudine causarum. ¶ Dixit Jpo. pmo ꝓnosticoꝝ. ⁊ ponit primo ptiñ. tremor ex siccitate proueniens est malus ⁊ incurabilis. ¶ Dixit Ha. quinto de accidenti. tremor in decrepitis non curatur nec remouetur medicamine. sicut nec dispositio senilis. Et dixit tremor si accidit a dispositione frigida ⁊ humida non remouef. aut raro: ⁊ propie i decrepitis pp defectũ virtutis eorum. ¶ Dixit Aui. tremor magis periculosus ⁊ malus est ille: qui a sinistro incipit. ¶ Dicunt. q; ratione cure est prauior: qr virtus in sinistro latere est debilior sed in se ⁊ in ratione cause est minus prauꝰ: quia debiliori causa fit. Cum enim latus sinistrum sit debilius ⁊ frigidius dextro a leuiori causa incurrit tremorem: tamen tardius ab eo facilius liberatur q̃z latus dextrum.

Cura tremoris sicut cura predictarũ egritudineꝝ neruorum triplici perficitur instrumẽto. s. dieta potione ⁊ cyrurgia. Et pp similitudinem curationis eius ad curationes supradictas auctores de ea succincte processerũt. ¶ De dieta dixit Aui. oportet vt cibus sit velocis digestionis. Dixit filius Mes. Libef allaudis ⁊ aliis paruis auibus.

¶ Dixit Hal. ciceris aque comestio cum cimino aneto ⁊ pipere prodest ⁊ confert eis vsus caulium: vt ponitur primo continen. Et ibidem dicitur cum accidit tremor conualescẽti ⁊ corpori debili detur cerebrum leporis assum. ¶ Dixit Zoar. certum est ⁊ probatum q; comedere capita leporum quot inueniri possunt confert tremori mẽbroꝝ. Et iã experientia noui q; iuuant valde priuationi motuum mẽbroꝝ ⁊ ipsoꝝ sensui. Et dixit. in caº tremoris. rege infirmũ cũ testiculis gallorũ ⁊ alis ipsoꝝ: ⁊ de pullis dabis vndiq;: ⁊ succº pulloꝝ est valde bonus. Et si fuerit sener ⁊ tempus hyemis dabis ei succũ colũbarũ silueſtriũ: q; sic facias: decollabis eos ⁊ deplumabis ⁊ mundabis ab interioribus abluendo eos optime: postea pistentur in mortario ⁊ ponãtur in lebete nouo cũ aqua: ⁊ parũ pones olei ⁊ aliqd de coriandro sic cor: sale: ⁊ bulliant vsq; ad perfectaz decoctionẽ: postea colentur per pãnum clarũ ⁊ rarum fortiter exprimendo: ⁊ dabis ad bibendũ succũ illuz. ¶ Dixit Hal. mellis colati ⁊ dispumati comesti ⁊ cũ pineis ⁊ aliis conuenit. ¶ Dixit Aui. que ex aquis est eis melior aut minoris nocumenti est aqua pluuialis. ¶ Dixit Pau. si tremor fit ab aliqua occasionuz manifestarũ dictarũ prohibeaf illa. In summa dixit Haly. in facto ab humore frigido dispone illum omni regimine: qõ in frigidis predictis ostẽdimus morbis ⁊ paulati: ⁊ quo ordine dictũ est. ¶ Particulariter tñ dixit Gloſ. moretur in aere calido ⁊ sicco ⁊ fugiat austrum ⁊ loca humida ⁊ paludosa ⁊ frigida. Et odorificet aerẽ suuz cũ suffumigijs ⁊ stratibus rerũ calefacientiũ: ⁊ olfaciat ea frequenter. fugiat ac-

cidentia aie ꝑter ſtram leuem ⁊ gaudiũ moderatũ. Et exerci/
retur ante cibuꝫ exercitio moderato quouſcꝫ apertis poꝛis
ſudoꝛ incipiat emitti. fricationes ꝓueniunt ante exercitiũ ⁊
poſt. Et ét qñ exercitari non poſſet ante cibũ facte. ¶ Et di
xit Hal. aque marine lauacrũ cõfert tremoꝛi. Et ſiꝫ oẽ bal/
neũ calefactiuũ ſiue nãle fuerit ſiue artificiale ⁊ ſomnus cõ
uenit in q̃ſtitate moderatus ſex hoꝛarũ vſcꝫ ad octo noctur
nus alto capite loco obſcuro ⁊ a frigoꝛe tuto. ¶ Cibus aũt
eoꝛũ ſit panis de tota farina bene fermẽtatus ⁊ ſalitus ⁊ op
time coctus a corticibus tñ mundus. Et quidã plus laudãt
panẽ de milio ⁊ panico. ¶ Et dicũt. ſint grana mũda ab oi
lolio ex quibus fit panis: qm̃ nocet neruis debilitans eos ⁊
ſpm̃ aialem ingroſſans ⁊ ſpãliter nocens virtuti motiue vo
luntarie. Uitent panẽ oꝛdeaceũ ⁊ de ſiliginẽ ⁊ oĩa cibaꝛia de
paſta ⁊ oĩa legumina ⁊ grana. quidã tñ cõcedunt riſum cuꝫ
lacte pineaꝝ coctum ⁊ conditum cũ melle vel multo zucha
ro. Et carnes cõuenientes ſunt carnes auiũ ſilueſtriũ monta
narũ ⁊ aliaꝝ bonaꝝ carnium. ſicut faſianoꝝ perdicũ co
turnicũ allaudaꝝ ⁊ aliaꝝ auiũ minutaꝝ degentium in do
mibus vel arboꝛibus ſeu agris ⁊ turturũ ⁊ columbaꝝ iu
uenum vel pipionũ iam volare incipientiũ ⁊ carnes turdo
rum ⁊ qualiaꝝ. Et pullorꝫ ⁊ pullaꝝ ⁊ ale anſerum ⁊ ana/
tum domeſticaꝝ. Et carnes edoꝝum ⁊ capꝛaꝝ iuuenũ ⁊ ca
ſtratoꝝ. ⁊ ꝓueniunt carnes nicticoꝛacum ⁊ yrundinũ. Et q
dam concedunt interdum carnes capꝛeolorꝫ ⁊ lepoꝝ ⁊ ra/
ro carnes aprinas aſlas: ⁊ ex eis interdũ ſallitas ⁊ interduꝫ
carnes vitule lactentis. Et caro quidem ſerpentis ꝓparata
ſm̃ artem. ¶ Et ex cibis cõuenientibus ſunt ouaſoꝛbilia ⁊
butirum ꝓo condimento aliorũ. piſcibus raro vtendum ẽ
⁊ tunc ſint marini vel de flumine petroſo currenti bonaruꝫ
carnium. lac fugiendum eſt ⁊ quodcũcꝫ ex eo conficit. qui
dã tñ concedunt parum caſei ficci poſt prandiũ. ¶ Fructus
aũt recentes oẽs ſunt nociui: ⁊ non comedendi. niſi aliqñ ve
nirent loco medicine. ſicut aliqñ conceduntur ante cibũ fru
ctus ſolubiles: ⁊ aliqñ poſt cibum fructus ſtiptici. fructus
aũt ficci ꝓuenientes ſunt pinee ⁊ fiſtici ⁊ carice pingues cũ
zinzi. ⁊ acoꝛo. paſſule quocꝫ ⁊ amigdale cõcedi pñt. ¶ Et
vitentur oĩa olera humida niſi aliqñ veniant loco medicine
ad ventrem ſoluendum: olera aũt ⁊ herbe que ꝓferunt ſunt
ſaluia maioꝛana roſmarinus calamentũ oꝛiganum yſopus
pulegium menta feniculus petroſilium ⁊ bis ſimilia. ¶ Et
cibis ſuis vtatur ⁊ frequenter aſſis vel paratis in teſtulis.
raro vero eliſſis cum ſapoꝛibus ⁊ condimentis ad hoc con
uenientibus: de quibus parce ſumere oꝛ premittẽdo leuio/
res groſſioꝛibus: non multiplicando varia cibaꝛia nec va/
rios potus: ⁊ moꝛam in comedendo: ⁊ non ꝓlõgando. A
coitu abſtineat. ⁊ ſuperfluitates omni die diligenter expur/
get ſpõte vel beneficio artis. ¶ Qꝛ ſi tremoꝛis cauſa fuerit
virtutis debilitas. regimie vtatur reſumptiuo in cibis ⁊ po
tibus. ¶ Et ſi eius cauſa fuerit ficcitas. vtatur regimine hu
mectatiuo. ſicut dictum eſt ſupꝛa in ſuis ſimilibus. ¶ Hale.
in libꝛo de tipo. Cauſe curatiue tremoꝛis non ſunt eiuſdem
ſpeciei. imo cum cauſatur ex frigido: curatio eſt ſolum cum
medicina calida. Et ꝓp hoc itinerantes in hyeme: quorum
coꝛpoꝛa tam foꝛti frigoꝛe occupantur donec quaſi moꝛtifi/
cata tremoꝛem incurrant: ſi ad hoſpitia perueniant: in qui/
bus contingat calefieri euadunt celeriter moꝛtem. ¶ Qui/
bus vero accidit tremoꝛ cauſa diſſolutionis. ſicut ſincopi/
zantibus ꝓp cauſam in ſtomaco vel in coꝛde ſi eoꝛum coꝛpo
ra calefiunt leduntur maxime ⁊ vltimo nocumẽto: eo q̃ iſta
indiget calefactionis oppoſitione. ſcilicet inſpiſſatione ſup
ficiei ſuoꝛũ coꝛpoꝛum cum rebus infrigidantibus ad clau/
dendũ ⁊ conſtringendũ meatus. ¶ Et ſi prouenerit tremoꝛ
ex defectu nutrimenti clarum eſt q̃ cum nutrimentis remo
uetur. ¶ Et quibus accidit ꝓp ſuperfluitatẽ humoꝛum ge
nerantium conuenit medicatio per euacuationem. ſicut di/
xit Jpoc. de ancila ſatomanti que nõ fuerat mundata a mẽ
ſtruis in partu filie ſue. eo q̃ os matricis ꝛctum fuerat ver/
ſus intra doluit in pedibus ⁊ incurrit tremoꝛeꝫ in toto coꝛ
poꝛe. Cunctꝫ flobothomata fuiſſet de ſafenis quieuit omni
no ꝓpter perfectam abſolutionem cauſe. quod attende/
re oꝛtet in curatione.

¶ Cura vero per potionem. Aui. loquens in generali dixit.
fac q̃ in aliis capitulis feciſti. ſ. precedentibus. ex apertione
opilationum. ſup. digerendo materiam: ⁊ cum deſtructiõe
mollificationis. ſcilicet exiccando: ⁊ cum euacuatione ⁊ cuꝫ
confoꝛtatione neruoꝛum. Et cum humectatione ſi eius ne/
ceſſitas eſt in tremoꝛe. vt quia tremoꝛ fit a ſiccitate: ⁊ ſic locu
tus eſt: quia raro hoc euenit. vel ſi eſſet ꝓpter debilitatem
ex egritudine. Et cum rectificatione complexionis quecũcꝫ
fuerit illa mala complexio: vt cum calefactione ſi fuerit fri/
gida: ⁊ cum fricatione ⁊ cõpreſſione ⁊ euacuatione ſiue ex/
pulſione. ſ. materie per clyſteria vel vrinam. Et dixit. balnea
in aquis marinis ⁊ in aquis maris. i. cum naturaliter mari
nis: ⁊ cum artificialiter factis ſalſis vel cum medicinis rẽm
quentibus in aqua in qua infunduntur vel decoquuntur
virtutem aque maris naturalis. Et cum aqua nitri ⁊ arſeni
ci. i. auripigmenti ⁊ aſpalti ⁊ ſulfuris: qm̃ ſunt iuuatiue. Et
ſic in verbis predictis. A. tetigit intentiones curatiuas re
ſitas in cura tremoꝛis. ſ. intentionẽ ad digerendum ⁊ exopi
landum intentionẽ ad eũandum: intentionem ad diuerten
dũ: ⁊ intẽtionem ad alterandũ reſoluendũ ⁊ confoꝛtandum.

¶ De intentione itaqꝫ ad digerendũ notant q̃ digeſtio debet
fieri in cura tremoꝛis. ſicut in curis precedentibus dictum
eſt: ⁊ ſpecialiter cum ſyrupi de ſticados partibus tribus: ⁊
oximellis ſquillitici parte vna ſyrupatis cum decoctione a/
coꝛi yue maioꝛane piretri ⁊ nuce muſcata.

¶ De intentione vero ad euacuationẽ. dixit Jpo. ſecũdo epi
dimiarum. ⁊ ponitur primo ꝓtiñ. ⁊ Hal. etiam idem dixit.
ibidem in expoſitione ſua. Tremoꝛ mãlis acciditex domi
nio frigiditatis. i. humoꝛis frigidi. vtplm: qui humor eſt
flegmaticus dominans ſuper genus membroꝝ neruoſoꝝ
et ideo vtplꝫ flobothomia nocet ſed foꝛtaſſe qñcꝫ iuuat eos
qui patiuntur tremoꝛem ex ſuperflua retentione ſanguinis
emoꝛroydarum vel menſtruoꝝ ex cuius retentione multi/
plicatus eſt ſanguis in toto. tunc eniꝫ flobotomia ⁊ ad eua
cuationẽ illius ſanguinis conſuetam reditio curat tremoꝛẽ
Et in 24ª particula Rabi ſic adducit dictum Hal. ſuper ſe/
cundo epidimiarũ. flobothomia: ⁊ ſi non conferat qñcꝫ do
mino tremoris ⁊ eis ſimilibus confert eis qñcꝫ. vtilis enim
eſt illis ſpecialiter quibus incipit egritudo ex ꝓclufione ſan
guinis mẽſtrui: ⁊ quibus ineſt egritudo ex concluſione ſan
guinis multi aliqua ratione. ob cuius multitudinem oꝛbi
tatur ne calor nãlis extinguatur. ſcilicet per viam ſuffoca/
tionis. Et ſic per flobothomiã curata fuit ancilla illa ꝺ qua
recitat Hal. auctoꝛitate Jpoc. in libꝛo de rigoꝛe ⁊ tremoꝛe.
nocet tamen flobothomia ſm̃ plm: quia addit ad frigidita
tẽ ⁊ incrudationem illoꝝ humoꝛũ flegmaticoꝝ. ¶ Di/
xit Phylaretus. ⁊ ponitur primo ꝓtinent. Cum accidit tre/
moꝛ abſcꝫ manifeſta cauſa. i. abſcꝫ cauſa que vt plurimiſa
cit tremoꝛem que eſt humoꝛ flegmaticus. tunc flobothome
tur patiens multitudine flobotbomie. ¶ Dixit. A. ledunt
tremoꝛẽ patiens multitudine flobothomie. ¶ In tremoꝛis
vero facto a dicta materia flegmatica in intentione euacua
tionis. dixit Sera. qui fit ex leſionibus coꝛporeis intelligis
de predicto. curamus in primis dando in potu pillulas ſub
tiliatiuas reſolutiuas mundificatiuas ſicut de tapſia ⁊ feru
das. Et ſi idiget yeris magnis damus illas. ¶ Dixit Aſſi.
cura eius eſt cura ſtupoꝛis. Et Raſis. in diuiſionibus dixit.
q̃ cura eius eſt cura paralyſis. ꝓtiñ. dixit. q̃ non os
bibitio foꝛtis laxatiui fieri neqꝫ euacuatio foꝛtis ne diſſol
uat virtutẽ. ⁊ intellexit maxime in principio: vt ꝑ ſupꝛa in
cura generali. ¶ Dixit Hal. primo radicũ aqua vtendus eſt
quo ſubtilietur humoꝛ. deide pillulas da fetidas ⁊ ſimiles.

Et ſi

Et si non sufficerit hoc cū yeris cura magnis. ¶ Dixit. A. vtantur yeris magnis ⁊ sunt eis experte cochie pillule.

Upra i tracta/tu ꝓmo huius tertij sermonis de virtute visiua cōplete dictuz est: h tñ q̄dā probleumata Arist. adducenf ad pfectionē opationis visiue. ¶ Arist. nāq;.31ª. p/bleumatuz. pleumate 12°. quesiuit ppter qd non differt sensus. s. visus q est in dextris ab eo q est in sinistris. s. quo ad pceptionez sensibiliuz. Cum tñ videat debere differre. eo q in oibus positis vtrutib⁹ dextra meliora sunt sinistris: ⁊ dixit cām esse pp ꝓsuetudinē quaz a natiuitate accipim⁹ in sentiēdo equaliter sensib⁹ vtriusq; partis: ⁊ q̄a principio eodē tēpore vel equaliter vtriusq; subiectis sensuū ꝓsuetudinez accipim⁹ equaliter in tpe ꝓcedēdo corroborati existunt. ¶ Et quesiuit in pbleumate xi°. ppter qd distātibus duo videnf pp qō est q cum oculi distant ab vna re intantū q non ꝓcurrunt in vnū signū id qō est vere vnū videf esse duo: ⁊ dixit cām esse. q̄ mot⁹ visionis causat⁹ ab vtrisq; oculis non terminaf in idē: sed in diuersis pp idispositionē organi que fuit in ea: vñ vna pupilla extimat videre vnuz: ⁊ alia aliud. Cuz itaq; eandē bis videat extimat q nō sit vna: sed due. ¶ Et 17° pticule eiusdē quesiuit pp quid in amplū mouētib⁹ oculū. s. dextra ⁊ sinistra: vnū non videf duo. sup. si etiā apparet mouētib⁹ eum sursuz ⁊ deorsum. Et Hal. dixit. 7° de accūti ⁊ morbo. chri stallina ⁊ vl'r oculus mota versus maiorē angulum: aut minorez non magnū visui inferf nocumentū. Si vo moueaf versus supius: aut inferius vnuz duplex apparebit: ⁊ dixit cām fore. q̄ qñ visionis ꝓncipiū vertif in amplū lateraliter dextra ⁊ sinistra: pmanet semp linea recta. Sed cuz videtur pmutare in sursuz aut deorsum: mox vnū apparet eē duo. Cū non seruent eandē situationē quā seruant cum mutanf in amplū: ptingit aūt in potētia visiua q vnum videaf esse duo in aspectu nō seruāte eandem situationē: si sic determinent oculi q vnus tendat deorsuz: ⁊ alter sursum ⁊ nō alter. Ambob⁹ eniz intendētib⁹ sursuz aut deorsuz hoc non apparebit. ¶ Et in decimo nono ꝓbleumate eiusdez quesiuit. propter quid visus ad alba intuētes peius dispon untur supple. ⁊ maxime si illa alba sint, fulgida vt sol. supple etiā ad nigra obscura. Naz labunf ab ipsoꝝ tēperamento Sed intuentes ad viridia herbosa vt olera ⁊ similia ab eis meli⁹ disponunf. s. q̄z ꝓius eēnt. Et soluens. dixit illud iō esse. q̄ prauе possum⁹ aliq̄ albuz assuete intueri. ⁊ sil'r ad nigrū: q̄ vtrūq; istoꝝ habet ledere visum pp eoꝝ excessus a cōmensurato. dixit. n. 2° de aīa. q excellentie sensibilium corrūpunt sensus. Sz colores medii constituti exalbo ⁊ nigro vt viridis ⁊ herbosus: ⁊ vl'r alij his ꝓpinqui: quoꝝ refractus est excessus a quib⁹ moderate visuz hūtes nō ledū tur: imo fortasse in meli⁹ disponunf. naz ita est de hoc sicut de corpibus: ipsa. n. cū fortissime laborauerūt deteri⁹ dispo nunf q̄ esset ꝓus: que aūt temperate laborauerūt optime disponunf: ita eodē modo sil'r est de visu: ad solida eniz inuētes dolemus: cum. n. inspicim⁹ solida: sicut sunt specula ria sup que radi⁹ solaris refrāgitur dolem⁹ circa oculos: ⁊ per hec qdem solida bonū est intelligere coloꝝ extrema vt alba ⁊ nigra corpa dura tersa. Sz cum aspicim⁹ hūida nullo apposito solido nō laboram⁹ nec dolorez patimur inde. Et hmōi sunt viridia herbosa ⁊ silia: sicut nanq; moderate cum hoc hūt in se humidū aqueū sufficiēs: vnde nō disgregāt sicut alba: non. n. violentāt visum. Cuz imutatio ab eis in organū visus cōtemperate ⁊ delectabiliter fiat. ¶ Et in 22° ꝓbleumate eiusdē quesiuit. pp quid oculus cū sit inter ptes corꝑis imbecillissima ps nō riget: neq; frigus patitur sicut alie partes corꝑis patiūtur. Et soluēs dixit cām eē: q̄a pinguedo inest oculis: carnis aūt nihil: que aūt sunt pinguia ⁊ non carnosa sunt sine rigore. Et hinc est q nulli vnquā qō est intra palpebrā riguit. Et dixit Arist. q nō riget oculus: q̄ sit de nā ignis: sicut dicebat Plato. nō eni est hic ignis talis q habeat calefacere ⁊ frig⁹ extrinsecū ꝓhibere. ¶ Et in 28° eiusdē quesiuit. pp quid versus lucernā vel versus solez: ⁊ vl'r versus qōcunq; illuminās apponētes manū ante lumen magis ⁊ melius videm⁹: ⁊ soluēs dixit cām esse: q̄ lux siue lumen ꝓueniens a sole: siue lucernis si ptingat directe ad visum nostrū reddit ipsuz debiliorem disgregando illū ꝓpter supabundantiā luminositatis. Cū ergo ꝓhibetur p manus appositionē q nō peruenit ad viluz directe id qō videtur sub rōne luminis nō ledit visum. Et hinc est q legētes lumē in laternis celant: qm̄ sic lumine non ledūtur: ⁊ qō legitur magis illuminat. Cōparando oculū iuuenis ad oculū pueri oculus iuuenis cōplexionis tēperate est melioris visus q̄z oculus pueri tēperati: q̄ visio cū sit de opōnibus aīalium virtutū: ⁊ oēs vtutes aīales sint in iuuētute fortiores: sicut oēs nāles in pueritia fortiores existūt. vt dixit Hal. 1. de regimine sani. ideo virt⁹ visiua in iuuētute est fortior. naz ⁊ in iuuētute humidū oculi est magis contēperatuz in q̄ztitate: q̄ non supfluens: sicut in puero: neq; exiccatū: sicut in sene. ¶ Et scias q duplex q̄ztitas ꝓsideratur in vtute visiua. s. intēsiua ⁊ extensiua: in intēsiua ꝓsideratur subtilitas siue acuitas videdi que vocaf intensio visus: Et eius grossities siue hebetudo que vocaf remissio visus. Et ꝓsideratur mediocritas iter p̄dicta. Et ad hāc visionem intensiuā reduci pōt videre paruū siue occultū: ⁊ videre magnū siue manifestū ⁊ mediū inter p̄dicta: pōt insup ad hanc reduci videre sine fatigatiōe siue sine lesione. ⁊ videre cuz lesione siue cū labore ⁊ medio mō: extēsiua vo qualitas cōsideraf ex parte distāte visionis: sicut videre rem a ppe vel a longe: vel a media distātia. ¶ Dixit Auer. 3° colliz. impole est eē visionē rerū ppinquaꝝ ⁊ remotaꝝ eq̄lez nec in debili visu nec in forti. sup. neq; in mediocri: videt g̃ ois oculus intensius rē ppinquā q̄z remotā. ¶ Jngt Hal. in lib. de tipo. nescim⁹ oino qūo videam⁹. oculus cōparat⁹ ad cutē: vt dixit Arist. i de sensu ⁊ sēsato. est ꝓpl'onis hūide: i ipso. n. ꝓdominaf aq̄: q̄ aq̄ est ipressionū susceptiua ⁊ redditiua. Et q fit aque⁹ demīrat pfozatio ei⁹. Nō. n. ex eo cum pfozaf exit nisi aque⁹ hūoꝝ ispūs tñ visibilis oculi bñ est de mā. al's de nā ignis. Et ꝑz hūc ispūm. dixit Arist. inz ª pbleum. q visus est ignis siue ignee nāe: ⁊ sic ēt Empedocles: vt dixit Arist. in de sensu appropriauit oculū igni. ¶ A. enumerās res a qb⁹ sumunf figūiones dispōnū oculi enumerauit nouē res q̄ sūt mot⁹ oculi ⁊ tact⁹ ⁊ color ⁊ figura ⁊ vene ipsi⁹ ⁊ opōnes ⁊ sensus ꝓpri⁹: ⁊ dispō ei⁹ qō currit ex ipso: ⁊ dispō passionuz ei⁹: ad istas. n. nouē res ois alia res a q̄ quoquo mō pōt sumi sigñatio de dispōnibus oculoꝝ reduci pōt. ¶ De motu aūt oculi opz ꝓsiderare: an sit leuis facilis: an sit grauis difficilis: an sit velox an tardus: an sit frequēs an rarus ⁊ quo ad motū ipsi⁹ oculi. ⁊ quo ad motum palpebraꝝ: ad iudicandū tñ per mot⁹ gravitatē ⁊ leuitatez opz scire q in motu ꝓsideraf duplex gravitas: ⁊ sil'r duplex leuitas: ⁊ vna qdē est in eo qō mouef. s. q sentiaf graue vel leue: ⁊ alia est in modo mot⁹. s. q leuiter. i. faciliter ⁊ velociter mouef. vel grauiter. i. difficulter ⁊ tarde mouef. de gravitate ⁊ leuitate iudicat visus inspiciētis ad ipm. modo sic est q motū potest eē ponderosuz: ⁊ tñ leuiter moueri. Et hoc erit qñ motor est fortis: ⁊ pōt esse leue: ⁊ tñ grauiter moueri: ⁊ hoc est qñ motor est debilis. Et sil'r motuz pōt esse graue ⁊ grauiter moueri: ⁊ pōt esse leue ⁊ leuiter moueri. Et leuitas qdē

In vtute visiua duplex quātitas considerat.

motus dependet a duob⁹.s.a caliditate tanq̄ a ꝓncipali motiuo:eius nāq̄ est mouere ⁊ dependet ab habilitate:siue ab inresistētia moti:⁊ vt sic dependet magis a siccitate q̄ ab humiditate:q⁊ in motu necium est esse aliq̄ siccū cui⁹ intrinsicat: sed visio est a siccitate:⁊ etiā q⁊ res sicca tanq̄ terminata ꝑ ꝓprio termino nō diffundit neq̄ labitur:vñ magis apta est: vt a motore moueat:⁊ ꝓp hoc.A.ꝓma ꝓmi.in cap⁰ de vtutibus ministrātib⁹.dixit q siccitas in motu ꝑbet auxiliu⁊: ⁊ per oppositū grauitas mot⁹ dependet a friditate tanq̄ a ꝓncipio ꝓhibitiuo mot⁹.eius nāq̄ est imobilitate ⁊ inhabilitate moti:⁊ sic ab humiditate ꝓp oppositas cās. ¶Et scias q grauitas siue pōderositas mēbro⁊u⁊:qñ.s.sentiunt pōderosa pōt ꝓuenire a duob⁹.ꝓmo a debilitate vtutis figentis ⁊ tenētis mēbrū sicut p⁊ in tremore.Et de ista debilitate.dixit Hal.sup 1⁰ ꝓnostico⁊.q grauitas mēbro⁊ū est de maio⁊ib⁹ significationib⁹ debilitatis vtutis.Et Aui.2ª q̄rti ait.grauitas significat debilitatē virtutis aialis.scōo pōt ꝓuenire ab aliqua re pōderosa exīte in mēbro vel mēbris.que res pōderosa est humo⁊ superabundās in mēbro vltra modū eius:⁊ ista est grauitas illa que semp significat mām:⁊ ista pōderositas ex mā percipit ab hīte ipsa:q̄uis mēbru⁊ non tentet moueri:imo eo etiā⁊ quiescēte sentitur.Sz grauitas ꝓueniens a debilitate virtutis nō percipit in qete:sed cum vult moueri surgere vel ambulare:q⁊ tūc nō pōt.¶Et ois qdē humo⁊ grauat superexcedēs verum colicus:q⁊ leuio⁊ est min⁹ grauat:deinde sāguis:deinde flegma ⁊ vltimo melia: q⁊ grauio⁊ est magis grauat.Et hoc suppositā paritate in q̄ntitate grauāte hūo⁊ali:per accīs tñ dicūt qdā.flegma potest facere apparere maiorē grauitatē in mēbro:⁊ hoc q⁊ sit minus pōderosum q̄ melia:tñ q⁊ plus ipedit p̄n⁹ motiuū.s.calidū cum sua friditate q̄ faciat melia cū sua friditate:q⁊ minor est friditate flegmatis.Et q⁊ sua hūiditate flegma plus inhabilitat ad motū mēbru⁊ qō do⁊ moueri:cui⁹ oppositū facit melia cū sui siccitate:hinc est q mēbru⁊ grane ex flegmate redditur grauio⁊ q̄ graue ex melia.Et dicūt. q⁊ sanguis sit hūidus ⁊ melia sit sicca:tñ melia reddit mēbrū ad motū grauio⁊ q̄ sanguis:q⁊ dato q melia cū sua siccitate habilitet ad motū plus q̄ sanguis:tñ ipsa cum sua frigiditate ipedit p̄n⁹ motiuū:sanguis aūt non:sed auget ipsu⁊.Et mot⁹ plus ꝓuenit a vtute agētis mouētis q̄ ab habilitate patiētis motū:colera vo plus facit ad motū ceteris alijs:q⁊ sui caliditate facit ad motu⁊:⁊ sui siccitate disponit ⁊ habilitat.Et huic grauitati humorali opponitur leuitas ex ꝓuatione ꝓueniēs mā:sicut apparet in mala cōplone pura.¶Et grauitas quidē hūoralis facit ad difficultatem ⁊ tarditatē motus:sicut leuitas sibi opposita facit ad facilitatē ei⁹ ⁊ velocitatē per vtrāq̄ grauitate⁊:⁊ ꝑ vtrāq̄ leuitatem pōt ferri iudiciū sup cōplone mēbri nāli ⁊ etiā⁊ egri ⁊ neutri:vez differēter.naz velocitas mot⁹ cum pseuerātia ⁊ durabilitate ⁊ ordinatione significat dispōnem sanā cum vltra ꝓcedit velocitas vo motus ipetuosa nō ꝓtinua nec ordinata ꝓcedit a dispōne nō sana ⁊ ea⁊ significat.Que velocitas ipetuosa nō perseuerās neq̄ ꝓtinua:neq̄ cum ordie potest aliq̄n in dispōne egra ꝓuenire maio⁊ q̄ ꝓueniat velocitas mot⁹ ordinata in dispōne sana vt p⁊ in frenetico:velocitas mot⁹ multa significat caliditatē ⁊ siccitatē:sed velocitas remissa pōt significare caliditatē tñ vel siccitatē tñ:caliditate⁊ tñ que sui fortitudine moueat oculū:l⁊ sit hūidus:siccitatē aūt tñ q̄n multū habilitabit ad motum oculū:vñ mouebitur velociter l⁊ nō sit calidus:vez non ta⁊ velociter sicut si esset calidus:sicut ēt caliditas non tā velociter mouet oculū humidū vel tēperatū sicut si esset sicc⁹.Judicat ergo velocitas mot⁹ de cōplone calida ⁊ sicca:⁊ de calida tñ in passiuis tēperata:⁊ de sicca tñ tēperata in actiuis.Et inter has cōplones discernit ꝑ tactū ꝑm q inuenit oculū calidū ⁊ duru⁊ vel calidū sine duritie ⁊ sine leuitate:vel duru⁊ sine caliditate.Et econuerso tarditas mot⁹ si sit multa idicat friditatem ⁊ hūiditatē.Sz si sit remissa significat aut friditatē cu⁊ tēperātia passiua⁊ aut hūiditatē cu⁊ tēperātia actiuarū.Et inter has ēt discernit tactus:⁊ idē iudiciū pōt dare de frequētia ⁊ raritate mot⁹.Et si quidē dispō oculi est materialis:tūc velocitas ⁊ frequētia motus eius multa significat colerā:⁊ ei⁹ multa tarditas ⁊ raritas signāt flegma.Et mediocritas siue remissio signāt aut sanguinē aut melāciam. Sanguis tñ plus attinet ad partē velocitatis ⁊ frequētie:⁊ melia plus ad partē tarditatis ⁊ raritatis.¶Judiciū autē supra tactu.dixit Aui.est ꝑm q tactus inuenit oculū calidu⁊ aut fridum aut durū aut leuē.¶De iudicio aūt ex colo⁊e sumpto.Dixit.A.color signāt humorem ꝓportionalē sibi rubeus.n.signāt sanguinē:citrin⁹ colerā:plūbeus vel liuidus flegma ⁊ fusc⁹ melāciam.Et hic color est ꝓprie color iuncture ⁊ venarū eius:⁊ h⁊ veritate⁊ nisi per accīs ipediat.vbi gra.possibile est q aliq̄ mā colerica vel melica exīs in oculo mordicādo inducat in eo dolorē multū:⁊ rōne multitudinis mā sanguinea fluat ad oculū ⁊ reddat ipm rubeū:tūc ille color rube⁹ signāt sanguinē a quo ꝓcedit:sed nō significat mām ꝓpriaz cui medic⁹ ꝓncipaliter do⁊ intēdere.¶Et significatio ex venis oculi est.dixit Auic.q̄n si sunt ample grosse significāt hūiditatē.⁊ Hal.addidit ⁊ caliditatem si fuerint subtiles stricte signāt siccitatē.sup.⁊ friditatē hūmiditas.n.facit ad extensionē habilitādo mām qua calidi⁊ tas extendit:⁊ siccitas inhabilitat ad extensionē:⁊ friditas ꝓstringit.Et si ꝓdicte vene sunt plene signāt mām multā. ¶De iudicio aūt ex figura oculi.dixit.A.q bonitas figure ei⁹ signāt fortitudinē vtutis in creatione:⁊ malitia figure eius signāt ꝓ⁊iu⁊ ei⁹.Et ex anothomia oculi appet q figura ei⁹ do⁊ esse rotūda que signāt sanitatē oculi in nā cōpositionali:⁊ fortituinē vtutis informatiue in creatiōe eius. ¶Et iudiciū eius ex magnitudine ⁊ paruitate.dixit.A.est ꝑz q dictū est in capite magno ⁊ puo.⁊ sicut caput magnū ⁊ bene in suis ptib⁹ ꝓportionatū significat fortitudinē virtutis informatiue ⁊ multitudinē mā:⁊ caput magnu⁊ male ꝓportionatū significat mām abūdātia⁊ informatiue defectu⁊ ⁊ sicut caput paruū q̄uis sit semp malū:tñ si est ꝓportionatu⁊ est min⁹ malū:⁊ si ipꝓportionatū est magis malu⁊.Ita est de oculo magno ⁊ paruo.¶Dixit.n.Hal.q magnitudo oculo⁊ cu⁊ ꝓportiōe:⁊ cū opōnum vtute.i.bonitate tanāliu⁊ q̄ visiua⁊ cu⁊ nō est cū multitudie superfluitatū significat multitudinē māe ex qua facti sunt eucratā:⁊ in fortitudine vtutis fortitudinē.Sz magnitudo sine ꝓdictis ꝓditionib⁹ signāt multitudinē māe nō eucratā.¶Oculus magnus pōt esse cū quocunq̄ lapsu cōplionali.Nā mā multa pōt esse discrasiata quacūq̄ discrasia:oculus tñ magn⁹ bene ꝓportionat⁹ signāt cōplonez calidā ⁊ hu.q⁊ caliditas ⁊ humi.faciūt ad magnitudinē:hūiditas tanq̄ mā:⁊ calitas tanq̄ efficiēs.Si tñ magnitudo pa⁊ recedat a cōmēsurata q̄ntitate pōt significare vel caliditatē cū tēperātia passiuarū vel humiditatē cū tēperātia actiua⁊:oculus.n.magn⁹ non ꝓportionat⁹ signāt hūiditētē:⁊ 2⁰ friditatē.¶Et dixit Hale.paruitas oculo⁊ cū ꝓportione ⁊ bonitate opōnu⁊ significat mām paucā sed eucratā:⁊ ista signāt siccitatē ⁊ calliditatē:oculus vo paru⁹ sine dictis ꝓdonibus significat materiā paucā ⁊ discritā:⁊ per ꝓns siccitatē ⁊ friditatem.Et pōt oculus paru⁹ stare cū quocūq̄ lapsu:sic ⁊ magn⁹.¶Proportio aūt ad quā magnitudo ⁊ paruitas oculi būt referri est multiplex:vna est ad ordinatā siue foueā in qua oculus situs est.nā in ea situari do⁊ ꝓeminens neq̄ nimis pfunditatē q̄uis eminētia ꝓ visu sit illa illaudabilis eius pfunditate. Dixit.n.A⁊.1.de hist oīj aialiū oculi q int⁹ marime acutissimi visus oīb⁹ aialib⁹ sunt.Scōa ꝓportio est ad figurā:q⁊ sit debite figure de qua dictū est.Tertia est ad capacitatē:q⁊ do⁊ esse oculus q̄ntū ꝑ fm capitis q̄ntitatē:ex hoc.n.significat bonitas in fortitudie vtutis.Cōparādo aūt oculos interse in q̄ntitate.Arist.1.de gīone aialiū.voluit q oculus mediocris

dioris q̃titatis sit melior: vñ dixi. mediuz multi z pauci
bñdi optim⁹ visus. sz talis oculus est mediocris. Et p̃mo
de hist oriis dixit. oculi hi qdē magni: hi aũt pui: medij aũt
optimi. Et Aui. 1. de aialib⁹ dixit. q oculus medi⁹ est me-
lior: z nimirũ. ꝓcedit. n. oculus mediocris a fortitudie ifor
mative z obedientia mãe z ipsi⁹ debita q̃titate: z iõ melior
est p visiua opõne: nã nõ irradiat nimis a lumine sicut pu⁹:
neq; pat sicut magn⁹. Hal. tñ dixit in tegni. q magn⁹ ẽ lau
dabilior: q; signiat mãm ex q̃ fact⁹ est eucratã. i. bone cõplo
nis: sz nõ intellexit de magnitudie simplr: sz õ oculo magno
ꝓportioato in cõparatiõe ad oculũ magnũ nõ ꝓportioatũ.
Et Ay. cũ dixit. vt supra. 1. de histo. q oculi q sunt int⁹ sũt
acutissimi visus: z sic meliores p visione: tales aũt sũt pui.
Et cuz Raf. dixit. 2° q tñ. laudabiliores oculi sunt pui z p
fundi: nõ fuerũt locuti de oculo puo absolute: sed de puo in
cõparatiõe ad magnũ: q̃re sequtur q mediocris laudabilior
sit. ¶ De iudicio aũt dispõnuz oculi ex opõnib⁹ sibi ꝓpriis
l. ex visiõe. dixit Aui. q cũ oculus videt oculũ a lõge z a p-
pe simul: z nõ ledit ab eo qõ ad ipm redit a visibilib⁹ forti-
bus est fortis cõplonis z eq̃lis. i. tẽperate. Et si est debilis
visus z fm̃ q̃ iuz illi⁹. s. q est fortis. s. q videt occulta z a lõ
ge z appe sil z min⁹ ledit a fortib⁹ visibilib⁹. Jste vo nõ be
ne videt peruia z occulta: nec sil a longe z ppe. Et ledit nõ
solũ a fortib⁹: sed a puis z a quolz visibili. Et talis est ocu-
lus hñs deteriorẽ cõplonẽ q̃ possit hꝫe. Et iõ dixit Aui. q
in cõplone sua z creatiõe. i. cõpõne ẽ corruptio sicut oculus
fortis hz meliorẽ cõplonez z meliorẽ cõpõnez q̃ possit hꝫe
Et dixit. A. q si oculus nõ est ipotens in cõprehẽdendo p-
pinqũ: q̃uis sit puũ: z est ipotens in cõprehendẽdo lõgin-
quũ: tunc spũs ei⁹ est sanus clar⁹ purus. Nã vt dñt medici.
s. Gal. Hal. q insecuti sunt Platonẽ in hoc q visus fiat ex-
tramittẽdo nõ est sufficiẽs dilatatiõi egrediẽti. s. spũs visibi
lis pp subtilitatẽ sui: z signiat p illud radiũ quez credũt esse
de ũma spũs: z qõ egredit z obuiat visibili. Et si nõ est im
potẽs in cõprehẽdendo lõginquũ. Et cũ appropinq̃uerit il
lud qõ est paruũ ei nõ videt ipm: z si recedit ab eo fm̃ q̃ti-
tatẽ lõgitudinis videt ipm: tunc spũs ei⁹ est turbat⁹ mult⁹
nõ clarus neq; subtilis: imo hũidus z ei⁹ cõplo est hũida.
Et dñt medici q nõ subtiliat neq; clarificat nisi in motu lõ
go. Et q̃ñ ꝓcedit radi⁹ in motu subtiliat z attenuat. Et si
debilitat in vtriscq; dispõnib⁹: tunc spũs ei⁹ est pu⁹ z turbi
dus: z iõ hic nõ videt clare: nec a ppe: nec a lõge. ¶ Scias
q pfecta visio ꝓsistit potissime in trib⁹. p̃ distãtia visibiliũ
vt q videant lõginqua z ppinq̃. 2° in iudicij rectitudie: vt
q lõginq̃ z ppinqua recte discernant: z sicut sũt: ita q nul
lus ali⁹ oculus meli⁹ discernat. 3° in mõ videdi vel iudicãdi
ita q nõ ledat neq; fit oculo tediosum vel laboriosuz: z oia
ista tria tãgit. A. in lra. certitudinẽ iudicij tetigit cuz dixit.
occultũ sive sup paruã occultatũ. Et tetigit distantiã spatij
cũ dixit lõginqua z ppinqua fil in eadẽ inspectiõe: vel sil. i.
ꝑmili mõ: z tetigit modũ videdi cũ dixit. z non ledit. i. mi
nus ledit a visibilib⁹ fortib⁹ vt splendidis z albis q̃ aliqs
ali⁹ oculus. ¶ Et scias. q ad pfectionẽ opõnuz regritur tẽ
peramẽtũ in oi nã: z sic regritur tpamentũ in q̃titate: plus
eni facit hoc tpamentũ ad bonitatẽ visiõis q̃ faciãt in ocu-
lo magno multitudo spũuz visibiliũ: z q̃titas multi lumi-
nis itrinseci: z q̃ bona receptio spẽruz que oia regrunt ad
bonitatẽ visionis. Nõ. n. segtur. in hoc oculo est plus de lu
mine. ergo est melior p visiõe: pz hoc de oculo gatti in quo
est plus de lumine q̃ in oculo hois: z tñ oculus hois abso
lute p visiõe est melior: nec ad bonitatẽ visiõis regritur plus
de lumine extẽsiue sed intẽsiue: z hoc est plus mediocri ocu
lo. Nec ẽt segtur. i. h̃ oculo ẽ plus vel maior q̃titas spũuz.
q̃ est melior p visione: nõ eniz ois multitudo spũuz facit ad
pfectionẽ opõnũ visus. Sed oz spẽs visibiliuz recipi in spũ
portari ab eo vsq; ad sensuz cõem. q̃ñ aũt sũt multo plꝰes
disgregãt z impediũt. Neq; ẽt segtur. spẽs recipiunt magis
in magno oculo. q̃ magis ꝓportioate z meli⁹: z hoc appet:
qñ obiectũ ppinquũ recipit maiorẽ spẽz: z tñ nõ q̃cunq;
fuerit magis ppinquũ meli⁹ vi: imo deteri⁹. p̃mo plus fa-
cit tpamentũ nãruz in oculo mediocri ad pfectionẽ visiõis
q̃ faciat ꝯgregatio spũs visibilis in oculo puo: vt infra pate
bit. ¶ Dñt q dã. q ceteris paribꝫ oculus magn⁹ est melior
p visione q̃ paru⁹: tñ q; p̃m faciens ad visionẽ. s. vtus visi
ua: z spũs visibilis nõ est ita bonũ in oculo puo sicut in ma
gno: sicut supra patuit de capite magno z puo: voluit. n. lra
q cũ capite magno sit maior vtus: z voluit q in capite par
uo nõ euadat spũs a malitia cõplonis calide: q; in vijs stri-
ctis nõ bene euẽtat⁹ inflãmat: cuz ẽt ex pte oculi quẽ plus
ledit ad visionẽ strictura pupille q̃ ipsi⁹ aliq̃lis dilatatio. z
q̃ñ oĩ eis q i meliori ꝯgregatiõe spũuz melior segtur visio
qõ est i oculo paruo. Rñdent hoc habere vitatez suppositã
eadem quãtitate spirituũ: sed non eadem quantitas spi-
rituum venit ad oculum paruũ z ad magnum: sed cum ad
oculũ venit magna q̃titas spũuz vnita tũc illa facit ad ma
iorez z meliorẽ visionẽ q̃ si veniret pua. Et iõ hñtes nunc
vnũ oculũ pfecti⁹ vident cũ eo q̃ videbãt cum eo qñ habe
bãt duos: q; spũs solit⁹ ire ad ꝓlociuz oculum nunc venit
ad illũ. Jõq; balistãtes claudũt vnũ vt tot⁹ spũs dirigat ad
aliuz: z sic meli⁹ videãt: z rursuz dñt. q non ois ꝯgregatio
spũuz facit ad meliorẽ visionez: sicut pz in eis q non habue
rũt nisi vnũ oculũ q non videt eque bene: sicut hñtes duos
q̃uis hñs vnũ hẽat in eo spũm magis ꝯgregatuz: z habẽs
duos magis dispsuz. ¶ De iudicio ãt ex eo qõ exit ab ocu
lis: sciendũ est q lippitudo qñq; sumit large p vera lippi-
tudine z p lachrymis vt in hoc ca⁹ supsit Aui. Et qñq; su-
mit stricte p vera lippitudie ꝑ distincta lachrymis: de q̃ di
xit Gal. 1. pnosti. com. 12. q est supfluitas cibi: cui⁹ digõ nõ
rectificat. Et cã illi⁹ est ẽbilitas vtutis. dixit Aui. q oculus
si ẽ sicc⁹ z nõ facit lippitudinẽ oino: tũc est sicc⁹. s. in ꝓpor-
sua nãli. Et si facit lippitudinẽ supflue: tũc ipe ẽ hũidus val
de: z signiat exuberãtiã nutrimẽti oculi: sic ei⁹ ꝑuatio signi-
ficat ꝑuationẽ vel paucitatẽ nutrimẽti. ¶ In nutrimẽto ãt
oculi psit ꝯsiderari q̃ttuor supfluitates: q̃z vna est subtilissi
ma que insensibilr euaporat: alia non est ita subtilis: tñ est
vaporosa z sicca. Et ista trãsit in pilos palpebraz p. tertia est
aquosa fluida q̃ egredit ad nares p foramina que sunt in la
chrymali trãseũtia ad nares: p que ista aquositas trãsit z p
eas exit: mediãtib⁹ qbus mã oculo z p nares ruit. Et hinc
est q sapor ei⁹ qõ ponit in lachrymali in ore ꝓpit mediã
tibus foraminib⁹ palati trãseunte qõ ex illo distillat in na-
res ad os. Et 4ª est supfluitas magis digesta q̃ lippitudo
ꝓprie vocat: que nõ p nares sz p palpebras z ptes iuxta la-
chrymales euacuat. Et qdã dñt. q ista lippitudo ẽ duplex.
vna nãlis: z ista est de mã que nãlr exuberat de nutrimẽto
oculi que sui aliq̃ mala q̃litate nõ potuit ꝓuerti z ista ẽ nã-
lis lippitudo. Alia est que pp defectũ vtutis oculi nõ ꝓuer
tit: sicut appet in lippitudie febricitãtis febrib⁹ malignis:
z ista est lippitudo inãlis sive p̃ter nãz. z dñt q lippitudo
nãlis põt ẽt apparere i oculo tpato qñ erit pauca z digesta.
Et dñt. q supfluitas aquosa que educit p nares est supflui
tas nutrimẽti oculi adhuc crudi z remoti ad ignẽ que a q-
busdã ẽt lachryma vocat. Sz lippitudo marie nãlis est nu
trimẽti oculi iã digesta supfluitas. Et iõ appet qñ iã cõplet digõ. ¶ De iudicio aũt ex dispõne passionũ oculi. dixit. A. significat sup cõplone ei⁹: qñ si ipse ledit a caloze z sanat a frigore: tunc hz malitiaz cõplonis calide: z si ledit a ꝓrio: tũc hz ꝓriam. s. fridaz: ois aũt imoderata discrasia ledit a si-
mili: z iuuat a ꝓrio moderato vsu. sup. z si oculus nõ noce-
ret a calido nec a frido: tunc est tẽperat⁹: q; est potẽs resiste
re extremis z egris causis. Conseruat iterũ tẽperat⁹ a tẽpe
ratis. Sunt. n. ꝑdicta de signis oculi tẽperati. Ac etiã dixit
Aui. scias q oculus q est medi⁹ in omni dispõne dictaruz
specierũ. i. in omni dispõne significata p spẽs dictoz signo

De signo nib⁹ ex dispõne passionũ oculi supris.

rū est eq̄lis.i.tēperat⁹.p̄terq̄ in vna specie q̄ est sumpta ab egritudinib⁹ oculi ꝓprie.s.a visiōe:qm̄ ille q supfluit in bonitate visus.i.bz vltimā pfectionē visus que ꝓtectio ꝓsistit in intēsione.ac etiā in extensiōe visus. Ait.n. Auer.3°coll3. optim⁹ visus nō est:nisi qñ videm⁹ in remotis z ꝓpinquis debito mō:qz sine lesiōe subtiliter z acute:ita q nō occulta tur nobis id qō alteri oculo nō optimo non occultaf. Nec intellexit q⁹ eque bene videat ꝓpinqua z remota:qz ꝓpinq meli⁹ videnf remotis. Cū ergo dr q optim⁹ oculus melius alijs videt ꝓpinqua z meli⁹ videt lōginqua itelligendū est ꝓportionaliʳ.s.q⁹ videt meli⁹ ꝓpinqua q̄z aliqs ali⁹ oculus. Et videt meli⁹ lōginqua q̄z aliqs ali⁹ oculus. Et videt magis a remoti q̄z aliqs ali⁹ oculus:h̄ est.dixit. A.oculus eq̄lis z tēperat⁹. ¶ Est ergo tēperat⁹ q est ad tactuz tpatus:z est meli⁹ in velocitate z tarditate mot⁹. Et est tpat⁹ in subtilitate z grossitie vel amplitudie vel strictura venaꝝ:z mediocris iter figurā longā z curtā latā z strictā:z est mediocris inter magnitudinē z paruitatē z inter siccitatē.i.ꝓiuationē lippitudinis z multā lippitudinē:z sic de alijs ſpēb⁹ Auer.tñ.3.coll3.reducit optimitatē oculi ad visionē lōginquaz:dixit.n.possum⁹ dicere q⁹ sane visiōes non h̄nt excessum supra alias nisi in visiōe remotaꝝ rerū qō est:qz res ꝓpinque videnf a debilib⁹ z fortib⁹ p̄m vnum modū:qz sine dubio nos videm⁹ res ꝓpinquas:sicut vident aqle:qz aqle non h̄nt excessuz sup nos in visu nisi in reb⁹ remotis. Et dixit.sicut hec res inuenif in spē:ita in idiuiduis.i.sicut se bz de spē ad spēm:ita de idiuiduo ad idiuiduū. ¶ Signa aūt oculi calidi.s.cōparati ad oculū tēperatū sunt p̄mum.dixit Hal.in teg.q⁹ qcūq̄ oculi mānifeste tāgentib⁹ appent calidi ipsi sūt calidi:tāgunf aūt oculi supra palpebrā ipsis clausis z expectaf aliquātulū:sic.n.cōpto oculi repñtatur tāgenti mediāte palpebra:opz tñ tāgentē industriosuz esse:ne a palpebre dispōne decipiaf. ¶ 2^m^ signū.dixit Hal.quicūq̄ oculi mouenf facili⁹ z frequēter sunt calidi. ¶ Et 3^m^ signū est. dixit Hale.quicunq̄ oculi venas habent latas z mānifestas sunt calidi: quia latitudo venarum a caliditate dependet. ¶ Signa vō oculi fridi sunt. Dixit Hal.ibidē.q⁹cunq̄ p̄dicti sunt oppositi.s.q⁹ appareāt tāgentib⁹ fridi:q⁹ difficulter moueanf z raro:z q⁹ venas habeāt strictas z occultas nō mānifestas visui sunt fridi. ¶ Signa oculi humidi.dixit Hal.sunt q⁹cunq̄ molles ad tactū z multe humiditatis existunt. ¶ Et signa ficci sunt.dixit Hal.q⁹cunq̄ duri ad tactū simul z aridi sunt. Et dixit Hal.in tegni.subtile humidū.i. humoz albugine⁹ aquosus.i.magis turbidus:z amplī⁹.i. magne q̄ntitatis factū humoz figñat oculū pp abūdātiam rei humide hūectantis ip̄m. Et econuerso.si ip̄sī⁹ z minus fuerit significat oculum ficcionē pp oppositā cām. Et dixit. Chrīstaloydes si durus sit ficcionē operaf oculū:z si mollis humidionē. Et dixit.si chrīstallina supa būdat tēperātie sb̄tilis.i.hūoris albuginei.s.q⁹ habeat debitā ꝓportionez ad ip̄m:sed sit in q̄ntitate maioꝝ ficcionē operaf oculū:qz in tali oculo est plus de hūore min⁹ hūido. Si vō deficiat.s.qa sit chrīstallina ꝓportionaliter minoꝝ albugineo opatur ꝓriū.s.oculū z hūidionez pp oppositā cām. ¶ Dñt qdā oculus nō videns a longe clare:sed a ꝓpe est calidus z ficc⁹ colerice⁹:qz de rone isti⁹ hūoris est facere spūm clarꝝ:z paucū vel bz paucū z subtilē sanguinē. Et videns a lōge clare sed a ꝓpe nō:est fridus z hūidus flātic⁹:siue h̄ns sanguinē grossuz flāticuz:cui⁹ est multū spūm facere:z ex pte turbidū. Et fortasse erit calidus z hūidus hūiditate grossa. Oculus vō non videns h̄ a ꝓpe nec a lōge fridus est z ficcus melicus: cui⁹ est spūm paucū facere z turbidū. ¶ Dixit Hale.10.de vtilita.ptic.moueri p̄m necessitatē erectionē oportebat oīno palpebras nō fuissent vtiles:q̄re mouere debēt eas musculi ad ipsas p quosdā tenotes.i.chordas iplātati inferioꝝ palpebra omnino imobilis est:superioꝝ aūt videf moueri. ¶ Scias igif q⁹ alter musculoꝝ p̄m magnū cantū.i.angulum apud nasuz locaf obliquus ad mediā partē tarsi quo ſ inibi est puenit. Alter vō obliquus p̄m paruū cantū extensus ad aliam mediā partē que p̄m seip̄m est imūtit:qñ igit ille q ꝓius ducf est aget q⁹ est residuū attrahit ꝓtinuam partē palpebraꝝ que est apud nasū:qñ vō alter agit qō est residuū attrahit.locato.n.vno qō ꝓius p̄m magnū cantuz in sūmitate.2°vero p̄m supercilū extensiōe oibus musculis p̄m ꝓpriū p̄n^m^ finire nēcium est iam alteri parti palpebre q est p̄m nasuz motū inferi⁹ fieri alteri:nō que est p̄m paruū cantū supius. Si igif p̄m idē vtrūq̄ tēpus tēdatur palpebra surſuz qdem ps eius que est p̄m paruū cantū trahet inferi⁹ vō que est p̄m magnū:vt nō magis apiatur oculus q claudif. Et hoc est qō ab Hypo.vocaf curua palpebra:q qdez z magni mali signū in egritudinib⁹ ponif:z hāc extensionē eius alosim vocat. Et fit hec passio vtroq̄ musculoꝝ attracto:z ad seipsuz trahēte continuā portionē tracti. Si nunt alter musculus agit ad seip̄m trahens palpebraʒ alter vero qescat totaliter apiri ꝓtingat:tunc z claudi palpebraꝝ totā:coattrahit.n.sibi semp altera ps tracti que mouetur simul secū z reliquā. Et cā hui⁹ est durities ei⁹:si enim esset mēbrosa vel carnosa vel qūocunq̄ aliter mollis.non vtiq̄ sequeref motaz reliqua:sed hoc p̄uidens nā durum z cartilaginē tantum palpebre apponēs applicauit ad eaz vtrozūq̄ musculoꝝ finis:quare totus tarsus sequtur alterū trahentiū musculoꝝ. ¶ Et dixit Hal.ibidē.qm̄ non est oī positione qōlibet est visibile oculis:sicut audibile auribus. Nō.n.ex obliqs neq̄ ex posteriozib⁹:neq̄ ex superioribus:neq̄ ab inferi⁹:neq̄ aliter nisi p̄m rectitudinē pupille est visio oculis. Jō motum habuerūt oculi. Si.n.imobiles eēnt z p̄m rectitudinē tm̄ videtes factī fuissent oculi omnia fariā vtiq̄ viderem⁹ modicū:ꝑpter hoc igif ipsos potētes vsq̄ plm circūduci:z cuz eis totū facilr mobile opar⁹ē creator collum. Et iccirco maxime duo oculi facti sunt distātes abinuicē rone digna. Qui nāq̄ illa que p̄m vnū oculū non videret:ēt si approximauerūt. Et qz habebāt oculi moueri p̄m nostrā electionē:ideo circūappositi fuerūt eis musculi z mot⁹ oculoꝝ sunt quatuor:vn⁹ ꝓpius versus nasuz additunf:ali⁹ est extra versus paruū cantuz:z alter ab inferi⁹ z reliqu⁹ desup. Et mot⁹ qdem oculi z palpebraꝝ.dicūt qdā est mot⁹ medius inter voluntariū z nālem. Et vocaf voluntarius de scōa intētione.qz fit a vtute aiali motiua cū imaginato mot⁹ volūtarij:verūtñ fit bz modū mot⁹ nālis:qz fit sine p̄meditatiōe:sicut etiā motus anhelit⁹. Alij aūt dixt.q⁹ motus oculoꝝ palpebraꝝ:sicut ēt motus anhelit⁹ est cōpositus ex nāli z volūtario. Et fit ab ipsis ambab⁹ vtutibus. Quidā sapiētes volunt q⁹ fit cōpositus ex duab⁹ vtutibus i. volūtaria.s.animali z naturali. Et subdit.hoc inuenitur motu p̄m membroꝝ sicut motus palpebraruz z oculi. Et dicunt.nō ꝓcurrunt predicte due virtutes ad hunc motum diuersis organis:sed solum vno:quia si concurrerent diuersa organa:tunc vnum posset impedire reliquum sicut est de motu transglutionis.

¶ De egritudinib⁹ eueniētib⁹ oculis in gñali. Cap.ij.

QVIT Auic. oculo accidunt oēs ſpecies egritudinū.s.files.i. cōpliales pure z cōpositē.s.sine mā z cum mā. Et istr̄ales z cōes.sup.z cōpositē ex his vt ap̄ens de oi.n.gñe moꝛboꝝ pōt oculus patiꝛ:z forte nō de omni spē eoꝝ. Et neru⁹ q ad oculū pertinet gitur. ¶ Dixit Auer.4.coll3.ledif aut mala cōplone materiali cum ap̄ate vel opilatiōe aut mala cōplone sine ap̄atu z opilatiōe. ¶ Dixit Hal.4.de accīti z moꝛbo.tria accidentia fiūt in sensitiua vtute. Naz aliud fit in essentia sensibilis instrī. Et aliud in vtute qua sensus ꝓcedit:z aliud fit i membris creatis p̄ iuuamēto p̄mi instrūmēti. Et declarās hoc in virtute visiua.dixit p̄muz instrm sensus visus in oculo est chrīstallina:virtus vero qua visus fit a cerebro ꝓcedit p

neruos:ad christallina mẽbra vo coadiuuãtia christallina
sunt oia alia mẽbra que in oculo hñtur. Si enim nocumen
tũ est in aliquo istoꝝ:aut visus nullus efficitur aut auferẽ:
aut fit malus. ¶Dixit.n. Auer.3° colli3.q accidẽtia que su
peruenĩũt sensui visus sunt trib⁹ modis.nam aut priuatur
hec opatio z dꝛ cecitas:aut debilitaf z dꝛ obfuscatio. Aut
pmutatur in malã opõnem z malũ visum nõ bene apprehẽ
dentẽ. Et hoc accidit ꝓpter aliqõ corpoꝛũ que sunt destitu
ta ad hanc apprehensionẽ. ¶Et dixit Hal.4°de accidenti.
z scribit sic 2° ꝓtinen.egritudinũ oculoꝛum oue sunt spẽs:
quaꝝ prima accidit:aut in vtute que facit visum:aut in in
strumẽto in quo est visus siue in sensu:siue in motu ei⁹. Et
accñs supueniens vtuti accidit ex corrupta cõpl'one aut ex
apostemate. Aut ex lesione supueniente cerebꝛo:z ꝓprie in
loco in quo oꝛitur neru⁹ concauus:siue neruus ꝑ quez mã
datur sensus aut instrm. Et primũ instroꝝ est neru⁹ concã
uus z accidũt in eo alterationes octo sicut ipse sunt octo ma
nerierũ.s.quatuoꝛ simplices z quatuoꝛ cõpõsite:aut apata
que sunt quatuoꝛ manerierũ.s.colericũ sanguineũ flegma
ticũ z melancolicũ. Et leditur etiã:aut destructiõe aut disti
one aut plixitate aut spasmo aut tarditate:aut opilatione
apatis vel alteri⁹ rei.scda lesio instroꝝ visus est que acci
dit in christallino humoꝛe q aut desiccatur aut humectaf:
aut mutatur coloꝛ ei⁹:aut mouetur de loco suo:aut augmẽ
tatur aut minuif aut soluitur eius ꝓtinuitas. Et si declinat
ad dextrã vel sinistrã partem accidit strabositas z plꝰm eue
nit pueris:z si declinat superi⁹ vel inferius oia apparẽt du
pla:z si declinat ad ꝓfundius erit coloꝛ oculi sicut antimo
nĩi:z si eminet superi⁹ facit coloꝛem blauũ. ¶In angulis
autẽ oculoꝝ.s.maioꝛib⁹ fiunt morbi tres.s.glandula:fluxꝰ
.s.lachꝛymarũ z garab.s.apa:quod vtplꝰm fit postea fistula.
¶Et morbi ꝓiunctiue sunt obthalmia:tarse:macula:vn
gula z inflatio z durities z sebel.tarbel.vadata z est aposte
ma durũ in ꝓiunctiua:z morbi cornee sunt botboꝛ z pustu
le.als vlcera cicatrix excoꝛiatio exitura cancer foramẽ:siue
concauitas. ¶Et morbi vue sunt strictura.s.foraminis ei⁹
z largitas eminẽtia z excoꝛiatio:z morbi supuenientes hu
mori albugineo:aut accidũt ex mutatiõe coloꝛis sui:aut ex
sui siccitate:z aliqñ deficcaf ex toto:aut ex sui supabundã
tia. ¶Et morbi supuenientes humoꝛi vitreo z tunice reti
ne accidũt ex corruptione cõplexionis ipsoꝝ simplicis vel
cõposite. ¶Dixit Auicẽ.egritudinũ oculi.alie sunt ꝓprie:
alie cum cõitate z ꝓpinquius mẽbꝛoꝝ qõ ei cõicat est ce
rebꝛum z caput z velamina iteꝛioꝛa.s.pia mater z dura ma
ter:z exteꝛioꝛa.s.gingia mater:deinde stom⁹:istõus tñ eis
cõicat mediãte cerebꝛo. Et dixit.q omnis egritudo oculo
rũ que fit per cõitatem velaminũ extrinsecoꝝ est magis sal
ua. ¶Multa etiam accñtia eueniunt oculis in egritudini
bus z maxime in acutis:sicut.verbi gratia.de palpitatione
z clausiõe vel aptione eoꝝ:z de pmutatione coloꝛis eoꝝ
z lachꝛymis:quoꝝ iudicia.dixit.A.ꝑsiderantur in egritu
dinibus acutis.s.scda quarti.z sunt dicta in sermõe ꝑcedẽ
te de ꝓnostication:nã huius accñtia medicus non cõside
rat nisi in via signi z non in via curatiõis. Et ideo auctoꝛes
nõ fuerunt de eis locuti in sermone de oculis ponẽdo eoꝝ
causas z signa z curationes:nã ista accñtia tollunt per re
motionẽ egritudinũ ad quas sequũtur. ¶Egritudo ocu
loꝝ per cõitatem ad cerebꝛũ deteꝛioꝛ est q̃z egritudo ꝓpria
eoꝝ ceteris paribꝰ.nam qñ egritudo est in aliquo mem
bꝛo orto ab aliquo mẽbꝛo principali si ipsum ꝓncipale est
saluũ potest mẽbꝛum ab eo oꝛtum recipere ab ipso auxiliuꝫ:
sed non econuerso. Cũ hoc q cura est etiã magis recta:nec
habet dirigi nisi ad ipsum oꝛtum quod patitur. Si autẽ est
per cõitatem ad ꝓncipale oportet q cura dirigat ad vtrũq;
z fortasse ꝓpter istam causaz omnis egritudo per cõitatem
est deteꝛioꝛ ꝓpria:etiam dato q membꝛũ cõmunicans non
fit nobile:vel sit minus nobile.

¶De signis egritudinũ oculoꝝ in generali. Cap.iij.

Et signis egritudinuꝫ oculoꝝ in gene
rali maxime tradent ea q̃ di
stinguũt egritudines que sunt a cõitate a pro
priis z signa mẽrũ eaꝝ. ¶Dixit Hal.4°mie
mir.inuestigandũ est in egritudinib⁹ oculoꝝ.
vtrũ mã veniẽs ad eos sit multa vel pauca. Et
si pũctio vel pulsus sit fortis. Et de rubore aꝰ coloꝛe ocu
loꝝ:z an mult⁹ sanguis sit in venis:z ꝑcipue oculoꝝ an
pauc⁹ z eoꝝ multa lippitudo an pauca:z vtrũ coloꝛes ocu
loꝝ sint ꝓmixti an puri:z an palpebꝛe sint grosse:an de spẽ
doloꝛis. ¶De signis itaq egritudinũ oculoꝝ per cõitatez ad cerebꝛũ sunt giialiter in iudicio egritudinis alicui⁹ eaꝝ quas cerebꝛũ patitur de qbus in ꝑcedentib⁹ dictũ est:z ꝑ
cipue eaꝝ in quib⁹ maxime fit cõicatio ad oculos:sicut sũt
egritudies eius repl'onales. Oꝝ si cõicatio nunc fiat per par
tẽ intrinsecã.s.intra craneũ z oculũ:tunc dixit Auicẽ.vide
bis lesionẽ z doloꝛem incipi a ꝓfundo oculi. Et hoc est q
cõicatio ista fit mediãtib⁹ pãniculis cerebꝛi:z ipsi sunt col
ligati cuz neruo optico:z ex eis ꝓcedunt secũdina tunica z
sclirotica que sũt ex parte ꝓfunda in fieri z in radice oculi:
posset etiaz fieri cõicatio ista per viaz nerui. Et tunc decla
reꝝ ex lesione nerui. ¶Et mã si qdem cõicata fuerit calida.
dixit.A.inuenis sternutationẽ z pꝛuritũ in naso. Et hoc iõ
q cuz vie nariũ sint ꝓpinque vĩs ꝑ quas ab itrinseco mãe
cõicantur oculis:portio illi⁹ mãe calide trãsit ad vias nariũ
inducẽs in eo pꝛuritũ z mordicationẽ:z per ꝑs sternuta
tionẽ. Nã mordicatio exñs in naso est de ꝓpinquantibus ster
nutationẽ:vt suo loco patebit:vel fortasse est illa mã que in
suo motu aliquã cõmouet euapoꝛationẽ:quã nã intẽdens
expellere sternutationẽ mouet. ¶Si vo illa mã fuerit fri
gida dixit.A.sentiet cursum frigidũ.s.in naso:q̃ pcipit ac
si aliqõ fridum iret ꝑ partes nasi:sed sine pꝛuritu z sternuta
tione:nõ.n.mã frigida ꝑ se sternutationẽ mouet:cũ sit ipedi
tiua mot⁹:nec sit per se euapoꝛatio:posset tñ ꝑ accidẽs mo
uere sternutationẽ aliqñ.sicut qñ cum illa mã repiretur ali
qua calitas agens in ipsam z in euapoꝛationem ꝓuertens:
aut cuz mã frida forti motu moueret ꝑ nasum:ita q in mo
tu ipso forti causaret pꝛuritũ in eo q esset cã sternutationis
sicut fit pp catarrum fortis cursus:q̃uis ipse sit fridus:z iõ
Raf.2.ꝓtinen.posuit sternutationẽ absolute esse signũ flu
xus mãe per intus ad oculũ nõ distinguẽs de calida vel fri
gida. ¶Dixit Aui.raro erit hec cõitas.s.cerebꝛi ad oculuꝫ
cuz malitia cõplonis singularis.i.pure absq̃ mã:q̃ vtplꝰm
est in cerebꝛo leso mã:vel tũc erit hec cõitas mãe a cerebꝛo
ad oculum cuz malitia cõplexionis singularis:idest simpli
cis:q̃ vtplꝰm erit cõposita. Et illud ideo q̃ vtplꝰm mã ha
bet excessuz in duab⁹ qualitatib⁹ z nõ in vna.lz aliqñ raro
valde posset ꝓtingere q mã currẽs esset sic disposita q eẽt
excedens in qualitate vna passiua z tẽperata in actiuis vel
econuerso. ¶Si vo fuerit cõicatio a velaminib⁹ extrinsecis:
z mã fluens ab eis.dixit Auic.sentiet extensionẽ incipien
te m in fronte z venis extrinsecis. Et apparebit nocumẽtuz
in eo qõ sequitur palpebꝛã magnam:q̃ iste partes cõicant
cum pãniculo extrinseco z venis eius.

Sig⁹ fcãꝝ p cõitates a cerebꝛo z sig⁹ ma teriarum.

¶Signa vo egritudinũ oculi cõitate stõi sunt.dixit Auicẽ.
signa dicta in cõitate stõi cum cerebꝛo:z hoc est verũ q̃ ex
cõitate stõi ad oculos cerebꝛũ priꝰ cõpatiꝭ stõ:z patiꝭ pp
spũm:z postea cõicat passionẽ oculo:q̃ tunc repiunt signa
lesi cerebꝛi pp stõz:z qdã oñt.q.A.itellexit q ꝓsiderent si
gna lesiõis stõi.vbi supra posita q̃ sunt ẽt signa qñ cerebꝛũ
sibi cõicat. Et si iueniunt signãtur q egritudo oculi est cõi
tate stõi. Et hoc maxie oꝛ fieri qñ oculus pateret ex stõ sen
sibiliꝛ leso cerebꝛo:sicut.A.posuit exẽplũ i imaginatiõib⁹.
Et si fuerit illic fãtasie minoꝛabunt in vacuitate:z augmẽ
tabunt in repletiõe cibi:q̃ vapoꝛes cãntes fãtasias magis
z plures surgũt a stomaco ente pleno q̃z ab eo ente vacuo.

¶Signa aũt egritudinũ ꝑpriaꝝ oculi sunt signoꝝ cõicatio nis ꝓpatio. ¶Dixit Auer. 4. coll'z. egritudies oculoꝝ sen sui visus manifestant'. Et in hoc nõ indigem⁹: nisi cognitiõe cãe. Et dixit. significatio malaꝝ cõplonũ oculoꝝ manifestã tur ꝑz q̃ ois mala cõplo. s. alioꝝ mẽbroꝝ mãifestat'. ¶Di xit. A. signa malarũ cõplonũ oculi puraꝝ sunt ꝓpatio gra uitatis ꝑp ꝓuationẽ mãe. Istud tñ signũ etiã indicaret ma teriã vaporosaz que nõ facit grauitatẽ z exiccatio oculi. Et hoc est veꝝ qñ mala cõplo non est cã gñationis alicui⁹ mãe per quã lachryma vel hũiditas vel lippitudo appet: qñ eni mala cõplo sine mã est faciẽte ipsaz z sine mã nõ sequẽte ad eaz: tunc vera est exiccatio: z istud signũ nõ est sicut ꝓtingit in ventosa. nã vẽtositas oz causare egritudinẽ in oculis nõ oino. i. absq̃ inuentiõe mãe a qua surgit. Et inuentio consignificationũ quas dixim⁹ in cap⁹ cognitionis. s. in cap⁹ ꝑcedẽti de dispónum nãlium oculi: que opz huc adducere ad iudicandum de compl'one oculi que ipsa sit.

¶Signa vo materieꝝ: siue aliunde cõicatarũ oculis: siue nõ in oculis exñtium sunt. dixit Auic. q̃ sanguinẽ signãt grauitas. s. quo ad motũ oculi: q; nec facile nec libere põt patiẽs mouere oculũ z rubedo. s. obscura nõ clara que attesta tur colere z lachryme. s. multe ꝑp hũiditatẽ sanguis absq̃ viscositate ꝓhibẽte cursuz earũ. z inflatio. s. toti⁹ oculi: vel inflatio. s. venaꝝ eius z ipsaꝝ exuberãtia: z tunc exponit venaꝝ inflatio. i. extensio: q; sanguis est humor maxie replẽs venas: z exuberãtia q̃z tuz ad mãm venaꝝ extensaꝝ: vel q̃z tum ad situz eaꝝ: q; ꝑp magnã extensionẽ videnꝫ circa superficiem oculi site. z pulsatio. s. timporꝝ ꝑp euaporationẽ multaz sãguinis q venis timporꝝ cõicatur: z hec pulsatio aliqñ ꝑcipit a tãgente ꝑ tactuz supra ipsas venas pulsatiles: z aliqñ percipit a patiẽte q ꝑcipit in ipso oculo: z in timporib⁹ dolorẽ palsatiuũ qui causat' ꝑp coarctationẽ sanguinis vñ calefit z necessitat illas venas ad motũ: vñ fit q̃ pulsus eaꝝ sentiat' q̃ non sentit' tpe sanitatis: z ꝓglutinatio z lippitudo. i. lippitudo multa z glutinata: qua palpebre adinuicez ꝓglutinant'. Est. n. multa ꝑp mãe z hũiditatis sãguinis multitudinẽ: z glutinosa est: q; lippitudo ex sãguine efficit' per actũ digestiue vtutis glutinatiue z colligatiue z necessitas tactus ꝑp sanguis caliditatẽ. ¶Et dixit Aui. ꝑdicta signa ꝑprie habent veritatẽ qñ cum eis associant' signa sãguinea capitis. i. signa dominij sãguinis in toto capite.

¶Signa vo mãe flãtice sunt. dixit Auic. grauitas vehemẽs z q̃z tuz ad motũ mot⁹ oculi. z q̃z tuz ad põderositatẽ: z hec grauitas põderositatis: q̃uis sit magna: nõ tñ est vehemens in cõparatione ad mãm melicaz que grauior est flãtica ceteris paribus: z rubedo occulta cũ plũbositate. Nã rubedo in mã flãtica eueniens est valde parua: ita vt ꝑm plm non sit. Sz sit albedo plũbea. i. cuz liuiditate: põt tñ aliqñ rubedo remissa apparere vel ꝑp dolorem q est attractiu⁹ materierũ calidaꝝ: vel ꝑp calorez q̃ in forti motu mã flãtica iducit vel q; mã absoluit' a pmixtiõe alicui⁹ mãe cal'e que excitat eã ad motũ que de se nõ moueretur: z hoc ꝓprie qñ mã est aliũde delata ad oculũ. Et glutinatio z lippitudo que. s. est multa ꝑp flãtis multitudinẽ: z glutinosa est ꝑp ipsi⁹ viscositatem z tumor. i. inflatio oculoꝝ: imo z palpebraꝝ: qui tumor est maior q̃z in mã sanguinea: tũ q; est magn⁹ rõne sue q̃z titatis: tuz ẽt q; flã in multos vapores ꝓuertit' q excedũt tuz q; flã debilitat expulsiuã z ꝓhibet resol'onez vaporuz. Et iste tumor appet sicut tumor cazeticoꝝ. Et paucitas lachrymaꝝ: q; q̃uis materia sit humiditatẽ non est apta labi sua grossitie z viscositate. Et q; priuata est mordicatione z caliditate attrahente aliunde materias.

¶Signa vo mãe colerice. dixit Aui. sunt punctura. i. dolor pũgitiu⁹ ꝑp colere acuitatẽ z inflatio ꝑp calitatem al's inflatio. Inflatio tñ in ea est pua ꝑ se: per accñs tñ põt eẽ magna ppea q̃ colera cũ calitate mordicatiõe z pũctiõe sua est cã attractiõis mãerũ ad locũ. Et rubedo ad citrinitatẽ tendẽs: que nõ est obscura sicut rubedo sanguinea: imo est clara. Et subtilitas sanguinis acutis: cui⁹ acuitatẽ idicat tactꝰ tãgentis: z ei⁹ subtilitatẽ quasi iudicat visus intuẽdo in re nas oculoꝝ: hoc tñ plm indicat' per sanguinẽ in toto corꝑ q est coleric⁹ subtilis acut⁹. Et paucitas ꝓglutinatiõis sup ple z lippitudinis: q; lippitudo est pauca ꝑp paucitatẽ materie z aquositatis ei⁹. Et nõ est glutinosa ꝑp siccitatẽ supplent q̃daz. Et nõ adsunt lachryme. q; de se col'a nõ est apta fluere in lachrymas: z suplẽt: grauitas. i. põderositas ẽ pauca: z grauitas ẽt in mõ mot⁹ est minor q̃z in alijs hũoꝛib⁹.

¶Signa melice mãe sunt. dixit Aui. grauitas. s. põderositas q̃z in alijs. Et grauitas ẽt ad motũ: z nõ tãta q̃z ta in flãtica Et obfuscatio ꝑp colorẽ melie offuscantẽ: z paucitas glutinatiõis. s. z lippitudinis q̃ est pauca ꝑp paucitatez mãe z hũiditatj ei⁹ z nõ est glutinosa ꝑp siccitatẽ. Et q̃dã supplet est paucaꝝ lachrymaꝝ: q; de se hũor melic⁹ nõ est apt⁹ fluere in lachrymas: neq; ꝑ accñs est aptus attrahere mãs sicut hũor colicus z ꝓpitas calitatis. s. ad tactũ. ¶Scias q̃ materie aliunde ad oculũ veniẽtes ꝑprie: z ꝑm plm sũt aut sanguinee aut colice: q̃ vo in oculis gñant' nõ sunt ꝑprie mãe hũorales: sed supfluitates hñtes naturã sil'ez hũoꝛib⁹: quoruz sunt supfluitates: z q; ois supfluitas attestat' ei⁹ cui⁹ est supfluitas pñt dici hũorales siue hũores: pñt ẽt mãe hũorales i oculis aggregate eẽ sub forma hũoralis dupl'r aut q̃ sanguis veniẽs ꝓ nutrimẽto oculi q̃ in diuersis hoibus est diuersus ꝑm ꝑpl'onẽ ei⁹. s. in q̃busdã colicus: in q̃busdam flãticus. nõ transmutat' in ipso oculo ꝑp defectũ virtutis ipsi mutatiue oculi: z remanet in forma sua hũoralis: edit oculũ: aut q; ipse sanguis imutat' sed male: q; corrũpit z mutatur ꝑm qualitatez sanguis colici flãtici vel melici. ¶Dixit Auer. 4. coll'z. dria inter vapores eleuatos a stõ z pcedentes a cerebro sine stõ ad oculum est: q; surgentes a stomaco crescunt z decrescũt ꝑ bonitatẽ digõnis stõi z ei⁹ malitiã sed q̃ sunt a cerebro in sua fixione firmant'. Jn eis tñ q̃ a cerebro fuerint aliqua addit' malitia ꝑp firmã malitiã: z a stõ ascendẽtes ambos oculos equaliter turbant. ¶De signis autez egritudinũ instrãliũ z solutionis continuitatis z cõpositarũ oculoꝝ dicetur in propijs capitulis.

¶De custodia sanitatis oculorum: z de iuuantibus z nocentibus oculis. Cap. iiij.

Magna adhibẽda est sollicitudo in custodiẽdo oculoꝝ sanitatẽ ꝑp vtilitatẽ eoꝝ opõnis imensaz: z ꝑp facilem passibilitatez ipsoꝝ a qbuscunq̃ ledẽtibus occurrẽtibus eis. Aris. n. 31ª pbleumatũ. 2º pbleumate querens ꝑp qd fum⁹ oculos mordet pluscq̃ alias ptes corꝑis dixit cãm esse: q̃m oculi soli inter oia alia mẽbra corꝑis sunt debilissima: z sic minus nocẽtib⁹ occurrentib⁹ minus sũt resistẽtes. Et ꝑp eorũ etiã plm sensum z subeoꝝ teneritatẽ: ait. n. Gal. 13. terapẽ. sensibilissimã esse oculũ corꝑis ꝑticulã: ita vt in euz passio infigatur de facili a quolibet excedẽti. ¶Conseruat' aũt oculoꝝ sanitas per medicinalia instr'a. ꝑmo ꝑ dietã ꝑm quã quecũq̃ de ser nõalib⁹ reb⁹ oculos sũt ledẽtia describent' vt fugiant: z de eos iuuãtia subiũgent'. ¶Dixit. A. oz te cauere ab aeris eq̃litatẽ egredientib⁹ in calido vel frido. sup. z sicco vel bũmido. Et a vẽtis crudis. i. crudũ facientib⁹: z durũ reddẽtib⁹ oculũ: z a ventis fridis. s. maxime septẽtrionalib⁹. sup. z a ventis multiplicãtib⁹ nubes in aere: vt meridionalib⁹: gruãt. n. oẽs sensus. Et a ventis ventosis. i. malignis q̃les sũt. dicit l'a Serar. extra. qui in canicular'th⁹ flant dieb⁹. ersolunt. n. spũ visibilẽ. ¶Dixit Hip. 3º affo. quotidiane ꝓfitutiones boreales oculos mordẽt. Et de nocẽtib⁹ est mora vel deambulatio sub sole estiuo aut puluerulẽto aut fumoso. ¶Dixit Aui. opz q̃ ille q laborat in ꝓseruatione sanitatj oculoꝝ tueat' eos a puluere z fumo: fum⁹. n. dixit A. in pbleumate supra dicto oculos mordet. Et fugiat aerem

conturbatũ

conturbatū vaporibus malis terrestribus vel aquosis ma
rine surgentibus ex aquis malis. ꝑcipue mineralibus vt
sulfureis ⁊ silibus: fugiatq; aerē radiosum splendidū: ⁊ in
quo sunt colores albi: aut multe citrinitatis more flox ge
nettre: inquit. n. Raſ. 2° ꝑti. color albus diuidit. i. separat
⁊ disgregat ꝓiunctionē. i. vnitatē oculox. ⁊ ꝓpea nocet vi
sui fugiatq; ēt longā trahere moraz in aere tenebroso ob
scuro: aut in quo sint colores nigri. Aui. n. Raſ. vbi supra
colox niger coadiuuat tunicas oculox ⁊ ꝓpea post intuitū
eox dolent. ¶ Et opz cauere ab oibus aie passionibus: si
cut gaudio multo risu forti: longa tristitia furore ⁊ silib⁹.
Et Aui. dixit. vitet multitudo fletus. ¶ Dixit. n. Jude⁹.
ploratus nimius debilitat visuz ⁊ inducit ptysim. i. ꝓsum
ptionē oculi. s. exiccādo: ⁊ forte ēt qz multū replet ocu
los mouēdo mās versus eos. Dictū est aūt notāter multi
tudo fletus ⁊ nimius ploratus: qz tēperatus fletus forte
nō nocet: sz pōt ꝓdesse. vñ Aui. 3ª primi. dixit. q tēpera
tus fletus in infantib⁹ est laudabilis: qm̄ minuit ab ocu
lis eox de mā ⁊ calorē ipox innatū excitat. ¶ Dicūt qdā
ārē oculi lachrymare in fletu est. Aut qz ad motū spi
rituū in cerebro in tristitia inducēte fletū ꝓsequit aliqs ca
lor. Et forte ēt ꝓsequit calor ex inclusione spirituū: q ca
lor mās in capite liquat: q̄ liquate ad oculos fluūt ⁊ in la
chrymas exeūt. Et qñq; liquate nō solū ad oculos: sz ⁊ os
⁊ nares defluūt: aut cā est: qz in tristitia inducēte fletū cere
brū ⁊ pāniculi eius exprimunt: vt expellāt qō cōtristat: in
quox exprssione accidit hu[m]o exprssas ad oculos fluere: ⁊
qñq; ēt ad os ⁊ nares. Et qñq; ambe ꝑdicte due cāe simul
�concurrūt. ¶ Dixit Aui. de rebus nocētib⁹ oculis sunt opa
tiones ⁊ motus: opationes. s. alicui⁹ vtutis maxīe visiue.
Et motus. s. q ꝓsequunt ad illas opationes: de qbus opa
tionib⁹ ⁊ motib⁹. dixit ipse sunt oēs q̄ exiccāt: sicut coyt⁹
plurimus ⁊ lōgus aspectus ad luminosa: ⁊ legere subtilia
supflue. Et silr opatio paruax. i. exercere se in artib⁹ in q
bus parua ēt arte fiūt: sicut q̄ fiūt circa ornamenta ⁊ circa
pforationē margaritax ⁊ circa pforationē acuū ⁊ silia: oz
ergo dixit Aui. vt minorēt aspectus m̄ris subtilibus: ni
si interdū ꝑm semitā exercitij: parua. n. lectio lr̄ax minuta
rum ⁊ silium subtiliū ⁊ paruax rex inspectio ⁊ opatio ca
lidox oculox excitat nälez ⁊ supflitatē resoluit eox. Ni
mia vo taliuz rex paruax subtiliū ⁊ minutax inspectio ⁊
opatio nocet nimiuz spm̄ resoluēdo. Nimia ēt lux regrit
in taliū exercitio q̄ nimis disgregat. Et dicūt qdā. q etiaz
multa inspectio lr̄ax magnax nocet: qz laborat oculus in
motu de lr̄a ad lr̄am: qz magnū est spaciū inter eas. ¶ Di
xit Ha. 3° miemir. nocet aspicere rē vnā diu ⁊ fixe. ¶ Di
xit Aui. nō assiduet intueri rē vnā a qua nō ꝓuertat: qz in
tali intuitu fixo fit multa resolo spirituū ab oculis: ⁊ fati
gatur virtus eox motiua: nō in mouēdo: sz in tenēdo ocu
los ⁊ musculos eox ꝑz vnū situ. ¶ Ari. 31° ꝑbleu. ꝑbleu
mate. 14. q̄siuit qr qd exercitiū. s. vehemēs est inconferēs
ad acutū visum. s. ⁊ ꝑspicuū in videdo: vel ad acutū visuz
i. ad visionē rei subtilis acute. i. parue. Et dixit. cām eē. qz
tale exercitiū resoluēdo reddit oculos siccos ⁊ dur os: mi
norat. n. hu[m]o oculi ⁊ tunicas desiccat: ita q spūs visibi
les nō ꝑfīt irradiare exteri⁹ ⁊ dēsat poros. Et iō dixit Ari.
senes nō acute vidēt: qz oculi senū dure cutis sunt ⁊ ruga
¶ De causis aũt extrinsecis debilitatis visus supra in capi'o de ꝙseruatione sanitatis oculoꝝ satis apparuit. Sunt eniz extrinseci aer nimis luminosus z mora in radijs solis: z inspicere in solem z aspectus oiuz luminosoꝝ corpoꝝ: z multe albedinis vel multe citrinitatis. Hec. n. oia radiosum spũm disgregãdo z resoluẽdo z tunicas z humores deficcãdo oculoꝝ visuz multũ impediũt. Sunt. n. hec oia z similia obiecta multũ excellentia supra nostrã visiuã potentiã. Dixit enim Arist. 2° de aia. q; excellens sensibile destruit sensum. Quo aũt hoc fiat notauit Thomas q; visibilia ꝑm eoꝝ diuersitatem diuersaz difficultatẽ faciunt in visuz in impressione ex q̃ aliqñ segtur lesio in visu z aliqñ ei⁹ ꝙfortatio. Si'r ẽt ex diuerso ꝓcursu luminis cũ visibili segtur diuersa visus dispõ ambo. n. sunt cã visiõis visionẽ cãntis: visibile. n. in visuz imprimit sui notitiã que ꝓncipalius anime pertinet. Et hec talis qualitas q̃ztum est de se non hz visuz debilitare: imo q̃zto erit intẽsior tãto plus visiuã potentiã pficere hz. Si igit ex notitia visibiliuz visus debilitaf z ledit' est per accñs ex alijs dispõib⁹ que ꝓcurrũt in organo z instrumẽtis visus in opõnem visus: vñ q̃ztũcunq; visibilia sint ꝓportionata. nihilomin⁹ ex cõtinuata visiõe spũs z nãlis calor resoluit: vñ visus ledit': quapp fuit nec̃ius somn⁹ vt sensus ab opõnibus gesceret z fieret nãlis caloris restauratio. Imprimit ẽt visibile in visum siue in organuz visus q̃litates diuersas: gbus aliqñ spũs oculi dispergit siue disgregaf. Ex qb⁹ sequit' multipl'r lesio in visum: q̃re segtur etiã bũiditatũ oculi trãsmutatio in calo frido sicco z humido alteratio: aliqñ eniz visibile imprimit in visuz qualitatẽ que vere est obm visus: z est cã actus videdi: sicut appet in multis exꝑimentis que tetigit Ar. 2° de sõno z vigilia. Et aliqñ imprimit q̃litatez que nõ est obiect⁹ visus: neq; cã actus videndi: nec ẽt est actus videdi: neq; etiã est spẽs visibilis apud ponẽtes eas: sicut sepe videm⁹ q; post visionẽ quorũdã visibiliũ in absentia illoꝝ manifeste visus appet fortior confortat⁹. Et aliqñ post visionez quorũdã visibiliũ post absentiam illoꝝ remanet visus mãifeste debilitat⁹. Et tñ in neutro istoꝝ casuum nihil exñs in oculo experi' videri. Multipl'r igitur visus a visibilib⁹ alteraf: nõ in eo q; sui notitiã gñant seu actũ videdi seu spẽs visibiles que a plib⁹ alteratio spũalis appellaf. Sz in eo q; alias q̃litates visibile imprimit instrumẽtis visus ea a sua ꝓportiõe remouẽtes quas appellãt reales siue mãles. Insup nõ solũ visus ledi' ab alteratiõe visibiliũ diuersi mode facta in organũ visus: sed ẽt ledi' vel iuuaf ex alteratiõe aie mouẽtis spm̃ z sanguinem diuersimode in diuersis opõnibus: clarum. n. est q; aia dñiuz hz in motu spũs z sanguinis ex quo apparebit aliquoꝝ cã que dicenf z multotiẽ que experimur. ¶ Et primo solutio quesiti quo queri' an excellẽs visibile corrũpat z destruat visum. Nã visibile excellens multũ de luce participãs multũ hz spm̃ oculi disgregare z subtiliare: vñ ꝙfundit visum: similr multitudo luminis oculũ impedientis nimis humidũ cristallinũ intendit: vñ deducit euz a tpamento sue cõpl'onis. Et parẽ eius subtilirez in fumũ resoluit qua resoluta ei⁹ ptes magis grosse incipiunt ꝙstare z inspissari. Ita. n. exꝑtse habef 4° metheororũ. de coagulatis a calido z ipinguatis. Cũ aũt humidũ cristallinũ sic inspissaf non est bene sufficiẽs spũs visibilis venientis a cerebro ad oculos pp qd̃ accidit visus lesio: z aliquãdo pfecta cecitas in quo casu ẽt oculi aliqñ exteri⁹ pallebri appent: per ꝑdictũ etiã modum generaf cecitas a ferro cãdẽti ante oculos posito: quos oculo nostro idiomate vocam⁹ abacinatos. ¶ Tenebre. n. ꝑ aliuz modũ iducũt in visu lesionẽ: lz ẽt vias spũs obscurãdo: ꝓpter qd̃ notauit thomas q; pp duas cãs maxime nãlis calor z spũs diffundit z multiplicaf in organis sensuũ: vna est exercitiũ in opõnib⁹ sensuũ: exercitiũ. n. multiplicat calorẽ: z calor multiplicat attrahit spũz. Nã ẽt pp opones ꝓtinuatas illuc spũz trãsmittit. Ex hoc ẽt euenit q; spũs magis multiplicaf in vno sensu q̃ in alio pp maius exercitiũ illi⁹ sensus: lz etiã exercitiuz nimis superfluũ diminuat spũm z calorẽ per accñs extraneos: vt ꝓpter nimiam lucem. ¶ Alia cã est lz ꝑm ꝑtem ꝓcurrat cuz ãnte. Intẽtio aie in ope sensus vni⁹. ex hoc. n. aia distrahitur ab alio sensu: z dirigit calorẽ z spũm ad sensuz illũ: in cuius operatiõe est intẽta: z cũ calor sit etiã aperitiu⁹ poroꝝ: facit etiã facil'r discursuz spũuz ad sensuz illũ. Et oppositũ manentes diu in tenebris non hñt exercitiũ visus: z ei⁹ aia nõ est intenta in opõnib⁹ visus pp qd̃ subtrahif spũs visibilis ab oculis: z exiccaf z contrahif neru⁹ optic⁹. Si'r ẽt humiditas cristallina inspissaf z ꝺensaf intãtũ q; qñ veniũt ad lucem nõ põt spũs subintrare nisi parũ z paulatim. Et ideo stat: vincif a quolibet lumine q̃litercũq; excedẽti. ¶ Ex his ẽt clare apparet qual'r diuersitas lucis ꝓcurrẽtis cũ colore ad movendũ ipm visuz diuersimode organũ incis trãsmutat. ¶ Appet ẽt ex ꝑdictis qũo colores qdã hñt ꝓfortare oculos plus alijs ꝑm q; ab extremis nocentib⁹ remouenf: sicut 4° de accidẽti. dr de colore viridi vel celestino ꝑm diuersas translatiões: lz cũ oculus lesus est ab egritudie alij colores sint plus oculũ ꝓfortantes. Et diuersi colores ꝑm diuersitatẽ egritudinũ q; dispõni egritudis plus ꝙiank' sicut accidit in egritudinib⁹ alioꝝ mẽbrorũ. Et ꝑdicta oia singulariter haberi pñt. ex 4° de accñti z morbo. ¶ Et ex causis extrinsecis ledentib⁹ visuz est aer obscur⁹: cũ in ipso trahif' longa mora. Et mult⁹ intuit⁹ in res nigras: q̃uis. n. moderata inspectio in ea z tẽperata mora in aere tenebroso visuz moderate coadunãdo ꝓfortet: z maxime post oculi fatigationez: tñ imoderata nocet: z q; ipsũm nimis coadunat z ꝙstringit z sic igrossat: z q; nã pigrescit z negligit mittere ad oculos spm̃ visibilez sufficiẽter: imo transmissuz poti⁹ retrahit: z tristaf in tenebris ex absentia obiecti delectabilis. Et tenebre ẽt rõne ꝓpietatis fugãt ipm: z vt dñt qdã: nõ solũ spũs sz ẽt ipsa oculi suba minuif. Sicut. n. ꝑ debituz exercitiũ in qlibet mẽbrũ augef z fortificaf: ita ꝑ exercitij ꝓuationẽ z nimiã qtẽ minuif z debilitaf: cui⁹ figñatio est: q; exercentes ad lucẽ eã sustinere nõ pñt. Jeqz z serpẽtes cũ de cauernis exeũt feniculũ comedũt: z eo suos oculos fricãt vt suos oculos clarificent. ¶ Ex dictis cãis extrinsecis est ois exercens q̃litas in aere z lõga mora ad ignẽ. Et ex eis est inspectio ad rẽ idebite q̃ztitatis: sicut cũ ispicif obm valde ꝑue in discernẽdo. n. illud oculus conaf z fatigaf. Et sic q; frequenter

quēter legūt vel describūt lras minutas debilitatē visus i/
currūt. Et inspectio ad rez multe distātie ex causis extrinse/
cis debilitātib⁹ visuz est pp ysikem cām. Et ex eis est fum⁹
et nebula z puluis z vēt⁹. ¶ Et dixit Jude⁹. ploratꝰ plim⁹
visum debilitat: z ptisim oculoꝝ iducit. Et oē oculoꝝ exer
citiuz supfluens: z maxie nō auertendo oculos ab obiecto.
¶ Et ex causis extrinsecis debilitātib⁹ visum est sōnus su/
perfu⁹: z imediate sūpto cibo fact⁹ z accubit⁹ paru⁹: z icli
natio capitis vsus iseri⁹ lōga: z multiplicatio sordiū in ca/
pite. ¶ Et cibi z pot⁹ fumosi z vaporosi calefaciētes: z di/
gestionē pturbātes: sicut sunt salsa z acuta oia acrumina: z
ꝯ difficilis existūt digōnis z grossi chimi. Aut vētrē cō
stipantia: oisq; ꝯmoderata ciboꝝ z potuū quātitas sumpta
supfluitatū prime z scōe z tertie digōnis retentio: dimissio
lotionis capitis z gñaliter cuiuscūq; eūonis ysuete spōta/
nee vel artificialis retentio. ¶ De causis ledentib⁹ debilitā
tib⁹ visum. dixit Hal. 4. de accīti. z scribit a Rabi in 7ª pti
cula sic. hūiditas albuginea maioz vel minoz q̄z noz est vi
suiz grossioz diminuit aciē visus z inspicit ea q̄ sunt a lon
ge z nō discernit ea que sūt ppe: z grossioz valde sicut acci
dit in descēsu aque nō bene videt vtraq;. Et cum operif ab
hmōi grossitie aliqd qō declinat a pupilla: z aliqd nō opif
ispicit ab illa pte. s. qua nō opitur qōlz p se sz nō pōt videre
multas res sil. Et tm in medio pupille est aliqd hūiditatis
grosse: z in circuitu ei⁹ est hūiditas clara inspicit oia ac si ea
ispiceret p foramē. Et cū corpa grossa sūt dispsa z diuisa in
loco hoc appet intuēti q; videat q̄si muscas volare exteri⁹.
Et multoties ēt imaginaf tpe excitatiōis a sōno q̄si filitudi
nes figuraꝝ. Et hoc vt in plus accīt pueris: z his quoꝝ ca/
put repletū est vino vel alia re. s. vaporib⁹ vini vel vlī⁹ alte/
ri⁹. ¶ De cāis debilitatis visus. dixit Auer. 3° coll. 3. q; sūt
diuerse: ppea: q: accīt debilitas visus hoīb⁹ multis modis:
q: qdā sunt q videt a remotꝭ z nō a ppinquo: z qdā sunt q
videt eō. Et qdā sunt q debilr videt a lōge z a ppe. Et hec
spēs est oppolita optimo visui: q: optim⁹ visus nō ē nisi qñ
est vidēs a remotis z ppinqs debito mō. Sz vlr oī q; vtus
visibilis sit fortꝭ nisi qñ videt remotas res: sicut turtur de q̄
dī q; hz oculos silꝭes colozi rubini. i. illius lapidis p̄ciosi: z
ipsa videt multū a lōge. Et oī q; ipsa hz fortē visuz. Et hoc
accidit ei pp claritatē instrumēti z bonitatē vtutis z subti
litatem spiritus: sicut videmus in vulturibus: z alijs etiam
multis volucrib⁹: qō est: quia dicitur q; eo existente in da/
masco videbat carnes mortuinas in babilōe: qō est: q: di/
cūm est q; in hoc sensu sunt pl'a aialia fortioza hoīe: z maxie
q̄dā vultures. Et dixit. post q̄z debilitas visus q̄ est oppoli/
ta optio visui fit pp debilitatē vtutis isti⁹ sensus: aut fit pp
claritatē istrī. q; seqf q; optim⁹ visus fit pp bonitatē oium
istoꝝ. Et dixit iterum. debilitaf visus qñ debilitaf fozamē
uee: ppea q; aer dñaf supꝭ pl'one oculi z ipsaz pmutat. Et
ipse dixit. i suo de sen. z sen. q: visus nō agit nisi qñ oculus
fuerit in sua pl'one näli nullo aduenīēte turbāte ipm. Nō
enim agit oculus nisi cū fuerit in tpamēto pl'onis: z iō acci
dit q; cū fuerit ifridat⁹ a reb⁹ extrīsecis infridatiōe itensa vt
visus debilitef: z iō obscurat⁹ oculus in oclo vbi est multa
nix aut aq̄ multa. Et iō appent ripe maris turbide: z filr lo
ca niuis. ¶ Et subdit vbi supra Auer. qñq; fit debilitas vi
sus pp steictura fozamis vuee. Et aliqñ fit defectū palpebra
rum ocloꝝ. Et scire debes dixit. ipse vlr q; cāe debilitatis
visus sūt sicut medietas cāꝝ cecitat. Et dixit Auer. ille q vi
det res ppinqs bona visiōe: z nō videt eadē res a remotꝭ: vi
sus ille nō est adeo bon⁹: vt est visus eoꝝ q videt ppique z
remote bona visiōe: z est dōz q; debilitas visus istoꝝ est me
dia iter visuz debilē penit⁹: z visuz optim⁹ z qz ipole est esse
visionē rez ppinquaꝝ z remotaꝝ eālem. Nec in debili in
fine. Neq; filr inter illos q hūt debilez ppinque z remote:
neq; ēt inter illos q hūt bonū visuz penit⁹ in bona lesiōe in
fine: aut possum⁹ dicere q; sane visiōes nō hūt excessuz sup
alios nisi in visiōe rez remotaꝝ: qō est: qz res ppinque vidē
tur a debilib⁹ z fortib⁹ ꝑz vnū mōdū: q̄re fit q; nos videm⁹
res ppinqs sicut vident agle: qz agle nō hūt excessuz supra
nos in visu nisi in remotis: z sicut ista res dixit Auer. iueni
tur in spē ita in idiuiduis. ¶ Et dixit. cā in illis q videt a re
motis z nō videt a ppinqs est debilitas istrōꝝ ipsoꝝ: et eni
ppea q; res visibiles nō videnf nisi mediāte aere lucido in/
diguerūt oculi debiles plima luce oculis fortib⁹: z qñ visi/
bile est remotū ab oculis lux q̄ est inter ipz z oculū est plu
ris q̄titatis. Itez qñ res visibilis est remota est mot⁹ quem
facit visui debiliori: z ppea oculus debilis pōt melī⁹ recipe
re. Sz qñ visibile est ppinquū oculus debilis non pōt pati
motū ei⁹: z qdā dñt. q; hoc accīs nō fit pp grossitiem ipūs
visibilis: q̄re qñ erit lōga dimēsio inter oculū z visibile: tūc
subtiliabif spūs in aere: z erit aptior receptiōi ipressiōis vi
sibilis facte in aere z dixit. q̄uis hoc vēū sit deauratū: ipz
tñ declinat opioni illoꝝ q dñt. q; radi⁹ visus defert ab ocu
lo ad rē visaz. Sz illa opio reprobata est. Sed q vident bū
rez ppinquā z nō videt bñ rez remotā dixit Auer. eoꝝ ocu
li idigēt forti motu: z hoc maxie accidit illis q hūt oculos
eminētes: z q: oculi istoꝝ sunt ꝑeminētes: ideo eoꝝ visus
est debilis z expānsus: z cā est: q: spūs visibilis disgregaf z
spargit: vñ idigent forti motu ppinquo si debēt rez videre.
Et ppea q hūt oculos pfundos remoti⁹ vident: q: spūs vi/
sibilis in eis est magis aggregat⁹: z virt⁹ visibilis tūc for/
tior: z ēt in maiori q̄titate recipit sicut accīt in riuis strictis
currentib⁹: z pp hoc stringit sagittari⁹ oculū qñ vult recte
emittere sagittā: z carpētari⁹ vt videat lineā. Et pp hāc de/
bilitatē accidit decrepitis vt nō possint legere subtiles lras
nisi in sole: z videt res remotas z nō ppinquas: q: oculi se
nū nō sunt luminosi z clari: z cū hoc sūt debiles. Et opz di
xit Auer. vt veniat hec debilitas in visu pp malā ypl'onem
accīdentalez: aut pp humiditatē tenebrosaz. Propterea q; ficci
tas vt dcm est difficile patif: z hec debilitas est q̄si obscuri
tas oculoꝝ: ppea q; iste patiēs videt in die z nō in nocte: q:
ei nō sufficit lux lune z candelaꝝ: z hoc puenit a tenebrosi/
tate aut duritie receptiōis: z iste sunt cāe que pñt dici super
ista accīdia sm nālem phiam. ¶ Dñt qdā. cā q̄re aliq non
vident bñ rem a ppinquo z aliq a lōginquo est: q: quanto
oculus plus regrit ad visionē de lumine extrinseco tāto de/
teri⁹ videt rez sibi multū ppinquaz z ecōuerso: z q: oculus
niger multū de illo lumine regrit hinc est q; nō multū ppin
quā rem bene videt. Et q̄nto oculus regrit min⁹ de lumine
tāto melī⁹ videt rez a ppinquo. Et q: oculus glauc⁹ regrit
paꝝ de lumine: iō bene videt ppinqua. Et dñt. q: senes hūt
obtenebratū spūm regrunt multū de lumine. Et iō legētes
ponūt cartā a longe: z videt cuz vitro meli⁹: q: cū eo spēs
densant z ingrossant. Et iō appent lre maiores: nec etiā sic
soluunt spūs. In oculo aūt bene videte vitrū igrossat min⁹
spēs: spūs etiā eoꝝ adunant min⁹: vñ nō sic bene videt cuz
vitro. Et dicūt. oculi ꝑminētes sunt parui visus: z nō be/
ne videt a remotis: eo q; visus egrediēs nō adunat nisi sup/
cilioꝝ vmbris. Et iō cuz a remotꝭ est visibile debilitat: oculi
aūt ꝓfundi vident bñ a remotis: eo q; in eis adunat. Et vī⁹
visibilis adunata exit ab oculo: z directe videt ad res vi/
sas. Et dixit Aris. 12. de aialib⁹. cā est: q: visus eoꝝ nō divi
ditur neq; ꝓsumitur. ¶ Et dixit 5° de gñone aialiū. oculus
hūs pupillā in ꝓfundo posītā meli⁹ z rectius videt q̄z hūs
eam in sup motiū dixit ipse: nō ita bene distīguit inter obie
cta visibilia. Et iō si sit diuersitas in oculo rōne diuerse posi
tiōis pupille: tunc pone duas ꝓl'ones: vna est q; habēs pu
pillā in ꝓfundo a lōginquo melius videt. Et ex hoc pz: q̄re
volens a lōginquo bene videre z recte ponit oculū suū sup
re ꝓminata. Naz lōginus z recti⁹ videt q̄z si nō poneret. Et iō
q volunt ꝓsiderare de astris ingrediunt puteū: z superius
aspiciētes meli⁹ discernūt de q̄titate astroꝝ q̄z stātes extra
puteū. modo pupilla posita in ꝓfundo hz modū cōcauita/

ris ⁊ pfo:rationis. ¶Scõa ꝓclo est:q; ad discernẽdũ de obiecto; diuersitate oculus bñs pupillã in supremo meli⁹ videt:q; meli⁹ discernit iter ea ⁊ pp dictas cãs bñs oculũ parũ videt bñ a lõginquo:ꝫ nõ recte discernit. Et hõ vt perspicati⁹ videat oculũ ꝺstringit:dñt qdaꝫ:vt recti⁹ ⁊ vnitius videat obiectũ:vel vt dñt alij nõ ꝓpinde:vt virt⁹ vel spiritus egrediat exteri⁹. Sꝫ vt virt⁹ ⁊ spũs circa cristallinã adunetur:ex qua adunatiõe virt⁹ cũ spũ roboraf. Et sic cristallina aptio:r reddaf ad suscipiẽdũ id qõ ab extriseco aduenit. Et ꝓpter eandẽ cãm. ſ. vt pspicati⁹ videat hõ manu appoſita vmbrã oculo efficit. ¶Ꝫ⁹ ꝓbleumatũ. ꝓbleumate 2° q̃si uit Arist. pp qd vno oculo clauso recti⁹ ⁊ meli⁹ videt ĩtuendo q̃z duob⁹ aptis. Et dixit. cãm esse. q: qñ fit visio duob⁹ oculis hoc fit quasi eis puerſis:⁊ nõ ĩ vno oĩno delatis. fiũt eni ab eis pres mot⁹ differẽtes ⁊ nõ vn⁹:qm̃ vnus mot⁹ ꝺꝫ esse simplex ⁊ vniformis vt certi⁹:fiat virt⁹ eni vnita fortio:r est. quapp duo oculi min⁹ certe vident. Et ob hoc balistrãtes cuꝫ volunt in signũ pſpicere certius vnũ oculuꝫ claudũt: vt vnus act⁹ simplex iterueniat visionis:cui⁹ sit rez certius videre. põt aũt hoc ꝓtingere pp id qõ dictũ est de cruciatione obiecto;. Verificaf aũt hoc cuꝫ vterq; oculus fuerit pspicacis visus nõ obtusi ⁊ fuerit vn⁹ susceptiu⁹ spũs alteri⁹ ⁊ alter nõ. Et in q̃rto eiusdẽ pticule dixit cãm ee ex eo q; pncipia oculo; ex eodẽ dependẽt. ſ. cerebro. Et spũs visibilis est vn⁹ motus ad ambos oculos ⁊ maxie efficit vn⁹ in cruciatiõe ad quã veniẽs mouef totus ad oculũ aptum clauſo derelicto oculo:quare cũ pluri spũ põt videri magis ⁊ certi⁹. ¶Et iterũ 8° eiusdẽ pticule q̃siuit pp quid est q; obtuſe vidẽtes scribũt lr̃as paruas:⁊ rñdens assignauit ꝓmo vnaꝫ cãm ꝓbabilẽ que est:q: illa que fm veritatẽ sunt pua vidẽtur magna cũ fuerint facta de prope. Sꝫ obtuſe vidẽtes q: de lõge nõ pñt discernere:siue sit hoc pp defectum organi ⁊ ꝓturbatiõis ipsi⁹ adducũt ꝓpe oculos ea sup que scribunt: pp qõ ⁊ si fꝫ veritatẽ lr̃as faciũt paruas eis videnf magne: hoc tñ fallit cum qdaꝫ obtuſe videntiũ scribũt in debita distãtia. Et qdaꝫ in maiori alijs:sicut ꝓtigit hñtib⁹ spũs multos sed ꝓturbatos. Postea assignauit Ax. cãm rõnabilem. Et dixit. illud ideo esse:q: obtuſe vidẽtes qñ scribũt adducte adinuicẽ ⁊ ꝓgregant palpebras circa oculos quasi colligãt spũm visibilẽ velut in quodã vehiculo delatiuo hoc faciunt:q: ꝓpter spũs imbecillitateꝫ si volunt scribere oculis expansis ⁊ palpebris dissolutis:tunc visus eoruꝫ dilaceratus videret obtuſe illud in tñ q; etiam scribere nõ possunt ꝓpter qõ oportet eos si volunt eos discernere:ea que scribunt palpebras oculos congregare. Et ꝓpter hoc cõtingit eos paruas scribere litteras.

Ꝓpter quid vno oculo clauſo rectius videt.

Ꝓpter qd obtuſe videntes scribũt litteras paruas.

Signa generis habenf relone. Facte vero a cõitate totius signũ dixit Auicẽ. est illud qõ diximus secũda pmi. de signis complexionum.

¶Et signũ facte a cõitate cerebri est q: illic est aliqõ signo; nocu[m] in cerebro signiantiũ cum hoc q; sint reliq sensus leſi cum illo. Verũtñ q̃uis ita sit:aliqñ tñ ꝓtingit q; vnus sensus ledit in cõitate cerebri vel duo:aut tres sed non oẽs. Et ad hoc declarandũ dixit. A. qñq; appropriaf visui plus ꝓprietatũ. i. diuerſo; modo; eius. ſ. nocumẽtis eueniẽtis cerebri:⁊ ita appropriaf q; ei soli euenit. Et qñq; venit sibi ⁊ cuꝫ odoratu sine auditu. sup. ⁊ qñq; etiã cum auditu:sicut pcussio coartatiua qñ cadit in pte anterioꝛe cerebri. sup. vel cũ gustu vel sine gustu. ¶Ꝓpter ꝓdicta notãt q; qñcũq; cerebrũ leditur in pte a qua oriunt nerui sensitiui tunc cõicatur leſio sensui cui illi dirigunt nerui. Modo pole est q; in pte originis optico; cerebrũ patiaf ⁊ patient inde oculi soli:⁊ non alij sensus. Et de sensib⁹ alijs postea patiet ꝑncipaliter odoratꝰ. q: magis ꝓpinqu⁹ cerebro ⁊ oculis:deinde gustus cui nerui oriunt a q̃rto pari neruo; cerebri:deinde audit⁹ cui nerui oriunt magis posteri⁹:⁊ notãt q; stante aliqua leui leſiõe in toto cerebro pole est aliquẽ vnũ sensuꝫ pati p eam ⁊ nõ alij. Et hoc erit ex dispõne illius sensus q; est:q: erit debilis parat⁹ ledi etiã a pua cã ⁊ alij erũt fortes ⁊ subdit. A. q; ex cã pcussionis dicte accidit qñq; q; auditus est cũ dispõne sua. ſ. san⁹ ⁊ remanet oculus agtus:⁊ nõ põt claudi palpebrã supra ipsam. Verũtñ nõ videt. In pcussione. n. illa qñq; leduntf musculi palpebra;:⁊ tunc nõ põt claudi palpebre:ſꝫ remanẽt ꝓcte. Et qñq; peruenit leſio ad neruos opticos ⁊ tũc oculus apert⁹ nõ videbit. Et qñq; peruenit ad dictos musculos ⁊ neruos simul.

¶Signa aũt nocumẽti facti p. ꝓprietatẽ sunt siqdem fuerit ex paucitate ⁊ subtilitate spũs. dixit. A. signũ est q; videt rẽ ex primo sine pscrutatiõe siue pquisitione:q: in eo de facili res ꝓpinqua ipsimil⁹. Sꝫ nõ videt qõ elongatũ est cũ pscrutatiõe. i. q̃uis conef ⁊ pquirat discernere illud:tñ clare nõ discernit. Inuenif hic alia lr̃a:que dicit:q; videt rẽ ex ꝓpinquo cuꝫ pscrutatiõe:⁊ tunc exponif cuꝫ pscrutatione. dicere ⁊ bñ sicut clare ⁊ bene videt res ab oculo sano cuꝫ pquirit videre illam. Et est sensus videt rez ex primo clare:ſꝫ nõ videt rez ex lõginquo clare:et quãtũcunq; pquirat. Repe et alia lr̃a que dicit:videt rez ex primo sine pscrutatione ⁊ ingsitione. Hoc tñ qõ dictũ est q; talis spũs videt ꝓpinqua clare nõ ꝓtingit in oi dispõne eius:nec in oi dispõne visibilis ꝓpinqui:imo dixit Aui. spũs cũ est subtilis valde nõ figit rem luminosaꝫ valde. i. nõ põt fixe intueri eã:imo fugat euꝫ lumẽ clarũ ⁊ separat. i. disgregat euꝫ. Aliq tñ referunt hoc dcm̃ ad rez longinquã dicẽtes:q; q: dcm̃ est q; spiritꝰ pauc⁹ subtilis nõ videt elongatũ clare:q̃uis pscrutet eum videre:vñ possit qs credere q; in oi dispsitiõe videret illud: q̃uis nõ clare:⁊ hoc non est:ita imo cũ subtilitas spũs fuerit supflua nõ põt figere intuitũ ad luminosuꝫ valde:q: fugat ipm ⁊ separat. Et sic fuit intẽtio Auer. colꝫ. 3°.

¶Signũ vo ꝓuenientis ex grossitie ⁊ multitudie spũs. dixit Auic. est q; si est grossus ⁊ plim⁹ nõ deficit ei pscrutatio intuẽdi longinquũ ⁊ nõ pscrutaf visionẽ ꝓpinqui:q̃si diceret:clare videt lõginqua:sed nõ clare videt ꝓpinqua. Et per hec que hic dixit de spũ multo ⁊ grosso dedit itelligere qd hẽat dici de spũ pauco ⁊ grosso:⁊ qd de multo ⁊ subtili de q̃bus locut⁹ fuit Hal. 6. theorice. ¶Scias q; vt sumitur ab Auer. 3. colꝫ. oculus q̃z tũcunq; san⁹ nõ eque bene videt remota sicut ꝓpinqua. Nõ ergo quelibet clara visio remotorũ est defect⁹. Sed cuꝫ oculus videt ꝓpinqua sicut oculus sanus:⁊ nõ videt remota sicut oculus san⁹:tũc est defect⁹. Volens aũt Auic. assignare causas dictoꝝ ꝓmo assignauit eas fm sniam Platonis Hal. Haly. Azarauij Jesus haly. ⁊ aliorũ plurimoꝝ:q: dixerunt visum fieri extra mittẽdo spiritũ radiosuꝫ ad rem visaꝫ vsq; pueniente:vnde dixit Auicẽ. cã in dictis apud loquẽtes de radio est q; visus non fit nisi emissiõe radij. i. spũs luminosi radiosi ⁊ cuꝫ obuiat ei qõ videtur:tunc fit visio illi⁹. Et ex hoc q; ꝓdicti ponebãt:apperquare spũs grossus mult⁹ videt bene lõginquũ:quia dixit Aui. motus dict⁹ spũs vadens ad locum longinquũ subtiliat eius grossitiẽ ⁊ equat eius subam in tali motu:vnde q: mult⁹ põt venire ⁊ attingere ad longinquũ. Et q: subtilitus ⁊ clarificat⁹ ꝑt illud clare videre. sup. ⁊ qz in paruo spatio nõ põt subtiliari ⁊ clarificari. Ideo nõ bene videt ꝓpinquũ. Et ecõuerso est de spũ pauco ⁊ subtili:ipse. n. pp paucitatẽ nõ põt extẽdi ad lõginquum:⁊ maxime coadiuuãte subtilitate ei⁹ resolonem ipsius. Sed sufficit extendi ad ꝓpinquũ:⁊ qz subtilis ⁊ clar⁹ est clare videt illud. dixit Auicẽ. huiusmodi spiritus motus. ſ. ad longinquũ resoluit ipsi ritũ subtilem:qz forsitan nõ operatur aliquid. i. ad visionẽ. vel si operaf operaf paruꝫ. ¶Scõo Auic. assignauit cauſaꝫ dictaꝝ apud Arist. Auer. ⁊ alios plures ponẽtes visionem fieri intus suscipiẽdo spẽs visibiliũ. isti enim voluerũt q; aer purus ⁊ diaphanus defert species visibiles rerũ ad oculuꝫ:⁊ in eo recipiunf:ꝑncipaliter tamen in chrystallina quãdo ergo species a lõginquo fertur efficit fortem motuꝫ

in chrystallina

in christallina z spũ q est in eo: ñ ergo spũs sit multus põt tolerare illũ forte motũ. Et si est grossus in forti illo motu subtiliat: vñ clare recipit illã spẽz longinquã. Et econuerso qz ille fortis motus resoluit z disgregat spũm subtilem: z maxime qñ est paucus nõ põt recipere z videre lõginquũ. Et econuerso de spẽ est a ꝓpinquo delata. Et ad sumũ vo/ luerunt aerẽ puꝝ deferre ipẽm visibiliũ nõ solũ sz ẽt lucẽ siue formã lucis: alr exñs in obscuro nõ videret rez in luce exiterez: voluit. n. Ari. 2°. de aia. q nõ recipiat color nisi in opacano facto in actu p lucẽ: ꝑdicta igitur referens Auic. dixit apud illos qui dicunt peruiũ p aerez purũ vehere. i. portare ad oculos formas videndi. i. spẽs visibiliũ: z reli/ qua. s. lucez vel fortasse p reliqua intellexit sensibilia: vt fi/ guraz quantitatẽ z c. que nõ p se ĩmediate: sed mediate vi/ dentur. Et fortasse p reliqua intellexit distantiã visibiliũ: que ẽt simul cũ spẽbus deferẽ: apud eos ergo dixit Auic. q glatialis motus. i. motus in christallina fit fortis cũ vi/ det id qõ elongat. Et illud est ex eis que subtiliant spũm grossum habitantẽ in ipso. s. glatiali. Et qõ resoluit spũm subtilez ꝓprie paucũ: verificatio aũt hoꝝ sermonũ ptinet ad sapientes nõ ad medicos. ¶ Quidã aũt putauerũt nõ recte q spes visibilis longinqui est cã fortis motus chri/ stalline z spũs eius. Et per ꝑns subtiliationis ipsius: sed hoc est manifeste falsum. Nã spes visibilis lõginqui que põt esse ꝓgregatiua z inspissatiua spũs vt spes visibilis ni gri. z sic esset cã grossitiei eius nõ subtiliationis. Amplius visibile ꝓpinquũ fortiorẽ faceret motũ: cũ motus in ꝓin° fit fortior z debilitando ꝓcedat: vñ coll. 3°. dixit Auer. qñ res visibilis esset remota erit motus fortior in visu de/ bilior. Ideoq z colores lõginqui nõ imprimũt suas spes: sed motus ille ꝓcedit a luce medij illuminati z aeris: que lux quãto erit amplior tanto fortius mouebit: sed quãto spaciuz p qõ fit visio est longius z maius ceteris paribus tanto in eo lux erit in maiori q̃titate: quare fortius move bit. Et hoc innuit Aui. Nõ enim dixit q spũs z christal/ lina fortiter moueant a re longinqua. Sz dixit. q motus fit fortis cuz videt illud qõ elongat. s. rõne maioris lucis in maiori illo spatio ꝑdictis: sicut dixit Auer. vbi. s. Cuz visibile remotũ ab oculis lux q̃ est inter ipsuz z oculũ est pluris q̃titatis. Dicũt qdã q̃zuis spũs pro illa visione lu/ ce subtiliat: tñ illa subtiliatio nõ pdurat: ita q p illã subti liationẽ possit postea bene videre propinqua: qñ spũs nõ ꝓmanet talis: maxime frequẽter p influxũ renouatus: q̃/ zuis fortasse exercitiũ vidẽdi longinqua z equal r confert. ¶ Pro maiori declaratione ꝑdictoꝝ sciendum est q ad vi/ sionem requirit certa distãtia habens latitudinẽ magnaz penes varietatẽ visibiliũ. Alia. n. est distãtia q̃ vident visi bilia magna: z alia q̃ vident parua. Nõ. n. ab eadẽ distan/ tia videt granũ milij z domũ. Et alia est distãtia q̃ vident colorata coloribus extremis: z alia q̃ vident colorata colo ribus medijs. Et alia est distãtia q̃ vident que mouent: z alia q̃ vident que quiescũt: z sic de alijs ꝓsilibus varietati bus visibiliũ. Et hz ẽt latitudinẽ penes varietatẽ videtiũ: alia. n. est distantia qua videt oculus temperatus: z alia q̃ distẽperatus z lapsus. Et alia est q̃ videt sanus existens: z alia qua videt eger factus. Et oĩs ꝑdicta distantia hz tres ꝓpinquitates. s. z lõgationes z plm medie inter eas. Cuz ergo fit cõparatio de visione: illa cõparatio oz fieri p ꝓpriã ei distantiã. verbigra. in distantijs penes varietatẽ viden/ tium. Cũ supra dictũ est q habens debilitatẽ visus pp ba bere spũz grossuz z multũ videt a longe melius q̃z a ꝓpe. Illud melius videre nõ oz referi ad oculũ tẽperatũ cõpa/ rando: imo neq in respectu ad seipsum cũ sanus erat siue ad seipsuz si fuisset sanus z videbat. Et hoc ideo: qñ si qs sanus natus esset cũ impotẽtia vidẽdi bene longinqua pp paucitatẽ z subtilitatẽ sui spũs: q̃ dispõ est ei sua sanitas. Si vnq in tpe deueniet ad habendũ spũz grossuz z mul/ tum: tunc melius videbit lõginqua q̃z qñ erat sanus: talis enim cõparatio nõ ptinet veritatẽ: z sicut. v. g. in varietate sumpta in distãtijs penes varietatẽ visibiliũ nõ oz referri illud melius videre q melius videat grana milij posita in lõginquo q̃z domũ ꝓpinquã: z cõsilr in alijs varietatib°. Quare quilibet oculus siue sanus siue eger hz ad visionẽ certã distantiã: vltra quã nõ videt: z citra quã versus ocu/ lum nõ videt. Cũ ergo dr q hñs oculũ debilẽ pp multitu/ dinẽ z grossitiẽ spũs videt a lõge melius q̃z a ꝓpe oz intel ligi in distãtia sibi debita: z de eodẽ visibili in oĩbus pari/ ter se habẽti vt q sit eque magnũ z eque coloratũ. Et cõsi milr in alijs circũstantijs. ¶ Põt ergo ex dictis patere: q spũs si fuerit grossus z paucus nõ bene videt longinqua: qz quãuis ex eius grossitie ea haberet videre: qñ in lõgo tpe: subtiliaretur tñ eius paucitas nõ sufficit z nõ sustinet multã lucẽ: quin prius disgregẽt z minuat q̃z ꝓueniat ad lõginqua: vñ Azarauius dixit. spũs paucus z grossus est cã videndi ꝓpe. Et pp hanc cãm cũ senes habeãt spũz pau cum z grossum nõ vident a lõge ea q̃ videbãt tpe iuuentu tis qñ habebant plus de spũ z magis subtilẽ: sicut de his dixit Sera. vt 2° scribit ptinẽ. Et Auer. 3° coll. 3. dixit pp hanc debilitatẽ accidit decrepitis vt videãt res ꝓpinquas nõ longinquas. Senes tñ infra distan ia eis debitã vidẽt melius a longe q̃z a ꝓpe: vnde dixit Raz. 1° ptinẽ. cũ quis videt a longe z nõ a ꝓpe: sicut accidit senibus. cuz volunt lras legere elongant a se cartaz vt melius legant: q̃zuis tñ ita sit q spũs paucus z grossus sit cã visionis propinque: nõ tñ in hoc equat spiritui pauco subtili: neq ẽt in boni/ tate visionis propinquoꝝ. primo nõ indistãtia: qz paucus z subtilis: videt melius in minori distãtia q̃z paucus gros/ sus. Neq eget aliqua elongatione obiecti: sicut egent: vt dictũ est senes. 2° nec in bonitate visionis respectu visibi/ lium. nã spũs grossus z paucus: sz ratione paucitatis suf/ ficit ad visionẽ quorũcunq visibiliũ. tñ ratione grossitiei nõ cõuenit visioni eoꝝ que in paruo spatio nõ ꝓuenienter illuminant z clarificant: vñ parua visibilia nõ bene cõpre/ hendit nisi intus forti lumine extrinseco: vt lumine solis. In sole etiaz vident parua: vt vbi supra de senibus. Dixit Auer. pp hanc cãm accidit senibus: vt nõ possunt bene le gere lras minutas nisi in sole: sz spũs paucus subtilis cuz paucitate sua põt in ꝓpinqua. Et cũ sui subtilitate sufficit videre quecũq visibilia ibi sunt: ita vt non occultent ei ẽt visibilia minutissima: qñ oĩum impressionez sui claritate est suscipere aptus. Et multitudo qdem z subtilitas spũs faciunt ad perfectã visionẽ ꝓpinquoꝝ z longinquoꝝ: ve ruz multitudo ad oẽm visionẽ longinquoꝝ requirit. Sz nõ oĩs subtilitas ꝑsistens. nã ꝑsistens grossities cũ mul titudine p subtiliationẽ põt videre longinqua. Aris. tñ 5° de gnone aialium. posuit ꝓsilem diuersitatẽ in videndo a prope z a longe ex parte humoris albuginei dicens: illud posse euenire ex humido multo in puro. Et ex pauco pu/ ro. Et Raz. 1° conti. dixit. easdem ẽt varietates posse per/ uenire ex parte humoris christallini: sicut patebit cap° de noctilopa z de haliar. ¶ Dixit Aaron. 1° continẽ. homo videns remote est melior homine vidente a prope z nõ re/ mote. i. est facilius z citius recipiens curationem: qz faci/ lius est subtiliare spũm grossum q̃z paucum multiplicare z ingrossare. ¶ De signis aũt debilitatis visus ꝓueniẽtis ex parte tunicaꝝ profundaꝝ z humoꝝ vitrei z christalli/ ni. dixit Aui. cognitio eius prava est. s. nõ certa: sed soluꝫ extimativa. Cum nõ est res alia nisi ipsa. i. non ibi alia ma/ nifesta egritudo sed est sola. Et nõ intellexit de cognitione cãe eius. s. an ꝓcedat a cã calda an frigida z c. qz talis est cer ta p signa dicenda. Sz de cognitione ad sciẽdũ cui dictaꝝ tunicaꝝ z humoꝝ debeat appropriari: eo q signa poꝰ p/ uenire pp passionẽ in diuersis mẽbris ꝓpinqs nõ pñt su/ per altero eorũ determinate reduci nisi cum extimationez

Difficile ẽ valde co gnoscere debilitatẽ visus ex parte tuni/ caz z hu/ moꝝ itrin secorum oculi.

ita q̄ nō poterit arguiꝛ ergo hoc est a tunica aranea. vb. g. Aut ab aliquo dictoꝝ membꝛoꝝ solo. Sed bene poterit arguiꝛ p̄ diſſūctionē: est a tunica aranea vel ab humoꝛe chri ſtallino vel vitreo: aut retina vel secūdina. ¶ Uerumtñ in iudicando postq̄ ſcīt q̄ nō est ex neruo optico: neq̄ ex hu moꝛe albugineo: neq̄ ex cozne a vel vuea oꝛ fieri recurſus. dixit. A. ad ſigna q̄ ponit: quoꝝ p̄m est diſpō coloꝛis tuni caꝝ. v. g. Si cōiunctiua vel cozne a in oculo debilitato ap paret aliqualr citrina: ſed nō tñ q̄ deberet facere illā: q̄re hr certitudo q̄ nō est pp paſſionē cozne e aut ꝓiūctiue: nec albugineitvñ ſequīt q̄ ſit pp partes ꝓfundas oculi. Et ſe quīt q̄ mā faciēs leſionē: est colꝛica tñ ſi est in retina vel al tera dictaꝝ partiū ꝓfundarū nō pōt ſciri niſi extimatione. ¶ 2m ſignū. est diſpō inflationis z extēſionis tunicaꝝ exte rioꝝ: ex inflatione. n. z extēſione arguīt q̄ in cā est humoꝛ aut vapoꝛ tendens: z q̄ talis mā est in partibus ꝓfundis contenta: ſz tñ in qua eaꝝ ſit nō pōt ſciri niſi extimatione. ¶ 3m ſignū. est diſpō coꝛrugationis z extenuationis tuni caꝝ extrinſecaꝝ: q̄ nō est tanta q̄ ſufficeret inducere illam debilitatē: ita q̄ nō erit cā debilitatis: ſz ſignū. Et cū nō ſit pp ptes extrinſecas: tūc erit pp intrinſecas: neſciēdo tñ pp q̄s eaꝝ mō dicto. ¶ 4m ſignū. est diſpō q̄uitatis oculi. Cuz enīz oculus q̄ſicat nō pp rupturā apparētē: neq̄ pp aliā cāz repertā in ptibus extrinſecis oculi: tūc est pp exiccatio nem z extenuationē ptiū intrinſecaꝝ. ¶ 5m ſignū est yris. nā ſicut yris in aere: vt dixit Ariſ. 3° metheoꝛoꝝ. appet pp reflōnē ſeu receptionē radioꝝ ſolis in nube roꝛida z aquo ſa: ita apparitio yris fit in q̄buſdaz debilibus in viſu: vt in his in q̄bus aliq̄ buꝑ est ſparſa circa ptes oculi: in q̄bus lumē recipīt: q̄ intellexit Auic. cū dixit. z recurrit ad di ſpositionē oculi in eo q̄ ſpargīt lup ipm de hūiditate. Et ymaginatur de ſiūtudine yris: pp illā humiditatē. Et hoc ymaginari yridē pōt esſe duplr: qdaz. n. in viſu debiles ſp vident circulū coloꝛatū circa lumē candele. Et qdā vident radios cadentes ſup palpebꝛas in coloꝛe yris: vñ Raſ. 1° ꝓti. ait. ſigna cognitionis future debilitatis ſunt q̄ venule oculoꝝ ſunt coloꝛis yris: yris itaq̄ apparet pp aquā existē tez in ptibꝫ intrinſecis oculi. Sz in q̄ pte eaꝝ ſit nō oſtdit. ¶ 6m ſignū. est diſpō ſiccitatis z cōturbationis. i. ſiccitatis facientis ꝓturbationē p remotionē q̄uietatis nō facientis coꝛrugationē z extēſionē: de qua dictū est. ſ. hec aūt ſicci tatis est cuz mā groſſa terrea meſica q̄ turbat. Et est hec ꝓturbatio manifeſta exterius. q: inſpicienti appet oculus ꝓturbatus. Et foꝛtaſſe nō appet hō oculi. i. homūculus. i. ſimulacrū vel ymago eiꝰ q̄ inſpicit: tale. n. ſimulaꝝ oꝛ ap parere in oculo nālr diſpoſito pp replōnez factā in tunica aranea q̄ est ſplēdida z poſita ſicut ſpeculum. Uñ Gal. 4° de vtilitate pticulaꝝ. Dixit. ydolū pupille in tela aranea: ſi cut in ſpeculo quodā conſiſtit: est. n. lenis z micās ſup oīa ſpecula. Cum ergo ſiccitas cū dicta mā ꝓturbat eū z tollit ab ea reſplēdētiā z lenitatē eiꝰ nō appet ydolū ſi cōturba tio nō ſit multū pua: tūc. n. foꝛtaſſe nō tollīt: ſz appet. Cōci liatoꝛ aūt dixit hoc ydolū pēdere ex cozne a q̄ est coꝛpꝰ ter ſum ſicut ſpeculū: in quo repñtat ydolū: nec est h ydoluz qd reale extramiſſum ab aſpiciēte: nec est foꝛª nālis: ſz in tētionalis magis mutationē oꝛgani ſeu medij intētionalr ſiue ſpūalr cānis: Nō aūt realr ſeu mālr: nec pmanet in ſpe culo. Sz ꝓtinue ad motū inſpiciētis inducīt aliud z diuer ſum p̄ioꝛ coꝛruptoꝝ: vt dixit auctoꝛ ſex pncipioꝝ. Et dixit Cōciliatoꝛ. nō opz radios ſp a coꝛpe luminoſo excellēte ad ſpeculuz trāſmittit velut in yride mittīt lōge a ſole diſtāte z impſſionis vehemētioꝛis exiſtē: mā et exiſte indiſpoſita ſuſceptiua: vñ lumē medij ſufficit: et debile ydolū in ſpecu lo repñtare: z ſcias q̄ p̄dicta oīa ſigna nō appent in q̄libet dicta debilitate: ſz q̄ſq̄ vnū: q̄ſq̄ aliō: q̄ſq̄ pauca: q̄ſq̄ plura. ¶ Ex q̄bus q̄zuis nō habeaꝝ certe in quo membꝛo de intrinſecis oculi ſit paſſio faciēs debilitatez: nō est inde multū curādū: q̄ñ a quocūq̄ ipſoꝝ p̄ueniat ſiue humoꝛ ſiue tunica cura est eadē. z cū eiſdē medicinis p̄ficīt. vnde medicus nō hz multū ſollicitari. ¶ De ſignis aūt debilita tis viſus p̄uenientis ex paſſionibus cozne e vuee vel albu ginei. dixit Aui. q̄ q̄ſq̄ ſigñaꝝ debilitas viſus ſm diſpo ſitionē cozne e. i. hz q̄ appet diſpō in cozne a. Et q̄ſq̄ ſigni ficatur ſm diſpōnē albuginei. Nā ille cuius est videt ſemp intra oculos ſuos: ſicut nebulas. i. indicet coꝛā oculis ſuis foꝛe nebulā: res. n. iſta q̄ videt: z q̄ est cā illius falſe viſio nis z intra oculū nō extra. Judicat aūt videre nebulā im puritatē cozne e vel albuginei. Nā vt ex ſupꝛadictis patet oēs cāe debilitatis viſus ex parte cozne e vel albuginei ſūt ad minoꝛādū q̄uietatē cozne e vel albuginei. Mutata itaq̄ q̄uietate cozne e in opacitatē fit cōp̄henſio rei nō clare ne buloſe. Et ideo iudicat ſe ſemp videre nebulā: z ſi nō ſemp ſaltē vt plm. Et diſtinguīt inter eā que est ex albugineoꝝ z eam q̄ est ex cozne a. dixit Aui. q̄ñ ſi vides pupillā ꝓturba tam z nō aliā partē ſigñaꝝ q̄ est ex albugineo. Si aūt vi des ꝓturbationē in tota cozne a tunc est ex ipſa. Et pōt eſſe ex cozne a tm̄. Et pōt eſſe ex ea cū albugineo. Nā nō pōt ex ꝓturbatione cozne e iudicare q̄ nō ſit ex albugineo: q: pōt eſſe z extimatiuū: q: nō est aliq̄ō ſignū certū. Sz q̄ñ appa ret ꝓturbatio niſi in pupilla tm̄: tunc albugineus est ꝓtur batus ſolus: z nō cozne a. Cauſa aūt ꝓturbationis albugi nei est ſm plm humiditas vel mā vapoꝛoſa. q̄ſq̄ tñ z ra ro cā est ipſius exiccatio. Dixit Aui. q̄ſq̄ accidit albugi neo ſiccitas: z accidit ex illa ſiccitate q̄ſq̄ q̄ aggregentur in eo q̄dā partes eius: vñ nō ſunt pertue: quare videt coꝛā eis feneſtra: q̄ñ illis partibus aggregatis z redditus opa cis nō pōt ſm illas partes ſpēs viſibiliꝫ repñtari chriſtalli ne: vñ ſm illas partes iudicat rē viſam foꝛe foꝛatā vel ſene ſtrataz vna feneſtra vel plūbus ſm merita illaꝝ partiū ag gregataꝝ nō p̄uiaꝝ. Et hoc magis declarabīt infra. in c° imaginationū. ¶ Et de ſignis cārū ex parte cozne e. Dixit Aui. q̄ſq̄ est illud ex parte cozne e pp veſtigia vlcerū cri tium in ea occultata faciētia imaginari. ſ. medicū vel egrū imaginationes. ſ. q̄ p̄cedūt cataractā. Lū tñ nō ſint: ſz ſint veſtigia occultata in cozne a q̄ ſunt cauſa debilitatis viſus z viſionis nebularū: q̄re in eis errat. ſ. a medico vel egro. Judicantes imaginationes p̄cedentes cataractā esſe cū ſit debilitas viſus. ¶ Poſtea dixit Aui. q̄ de ſignis aliarum cāꝝ: vt ꝓſtrictionis vel dilatationis pupille. Et de aqua ſiue cataracta: z de diſpōnibus neruī optici dicet in capīs ſubſequētibus. ¶ Et tandē Aui. poſuit cañ. per quē poſ ſumus inter debilitatē viſus a ſiccitate z eā que p̄uenit ab humiditate diſtinguere. Et dixit q̄ oīs coꝛruptio ſiue no cumentuz viſus p̄ueniens a ſiccitate foꝛtificat z intendit cū vacuitas est. ſ. ventris vel ēt coꝛpoꝛis. Et apud exercitium reſolutiuū z apud eūones: z in hoꝛa meridiei. i. caloꝛis. Et cū peruenit ab humiditate est eꝰ. Et intellexit p̄e dicta vera foꝛe quātū est de p ſe. Per accidens enim poſſet euenire ꝓriū: q: per accidens poteſt debilitas viſus ex hu miditate manifeſtari z intendi tempoꝛe vacuitatis z occul tari z remitti tempoꝛe repꝛonis: vt cū est aliqua mā a ſto maco cōicata oculis: quā caloꝛ agitat tempoꝛe famis: z fa cit eaz euapoꝛare ad caput z oculos. Et cibus aſſumptus facit eum quieſcere: z eius euapoꝛationem coercet.

Cura debilitatis viſus pficīt dieta z potione: z vtraq̄ variaꝝ variatione cāꝝ eius. Et pōt dieta ſatis ſu mi ex his q̄ dicta ſunt in caꝰ ꝓſervationis viſus. ¶ In p ueniente a ſiccitate z maxime cōi toti fit iuuamentū dixit Aui. cū humectantibꝰ z aqua lactis z mulſione lactis ſup caput z potu eius. Et ponāt olea humectātia ſup caput. Et ꝓpꝛie cū fuerit hec debilitas in qualeſcētibꝰ. dicūt cū Aui. dixit. aqua lactis vel aq̄ caſei. Non intellexit de ſero: q: ipſum cū ſit calidū z ſiccū: p ſe nō cōpe rit: ſz poſſet ꝓfer re p accñs inq̄ntū mās eūat calidas exceātes: ſz intellexit de lacte

De eũone p gargarismata sternutatiões ꝛ caput purgia.

de lacte: sicut ꝛ alij auctores ꝓcedunt. Dicunt tñ qdã. foꝛtasse intellexit de aqua casei sumpta ꝑ modũ quẽ docuit Gal. 4° de simplici medicina: vbi dixit. suba lactis aquea frigida est ꝛ hũida. Et ℔ maxie qñ accipit ꝛ elicit ex alijs partibus lactis absq; coagulo ꝛ absq; lacte ficus. Sꝫ cum exulsionib⁹ vel cũ agresta posita in lacte. nã sic sumẽdo eã frigida ꝛ hũida. ꝛ maxie cuꝫ bñ ꝰparat a butiro: ꝛ sic sumptã ꝓcessit eã Aui. ꝑ⁹ q̃rti. ca°. de regimie febriũ acutaꝫ ad extinguẽdũ sitim. dixit aũt Aui. ꝓprie in qualescẽtibus. ſ. ex acutis qꝛ ipsi frequẽter incurrũt hãc debilitatẽ visus. Et in oi debilitate tota intẽtio ꝺꝫ verti ad humectãdum. Et iõ dixit Aui. ꝙuenit ei somn⁹ ꝛ ges ꝛ caput purgia humectantia. sup. ꝛ oẽ qd̃ humectat in alijs sex rebus nõ nãlibus. ¶ Qꝛ si debilitas visus ꝓcesserit a siccitate tunice oculi ꝑter siccitatẽ toti⁹ vel cerebri. dixit Aui. cura ẽ prana. i. diffi⁹ⁱˡᵉ tẽt impolis si siccitas in tunica multũ ꝓcesserit ꝑ solliditatẽ ꝛ duritiẽ tunice: ꝓpea q; nõ de facili humectari põt. Cũ ẽt siccitas in quocũq; mẽbro difficulẽ humectẽ. Marie tñ in oculo ꝛ tunicis ei⁹ ꝓp nõ posse reme dia humectãtia tpe sufficiẽti oculis approximari. Inclinet patiens debilitatẽ ex siccitate caput suũ. ſ. aq̃ calidã recipiens vaporẽ ex ea: q; si acciderit post karabitũ vel multas vigilias infundat caput eius succo lactuce lacte muliebri ꝛ oleo viol'. ꝛ mittat in oculis suis colliriuꝫ vtile qd̃ fit ex albumine oui colũbini recẽtis. ¶ In facta vo ab hũidita te regimẽ in oib⁹ sex nõ nãlib⁹ reb⁹ vertat ad siccitatẽ. Dixit Raſ. 1° ꝺt. ꝑtermittat ꝑcipue assiduationẽ vini dulcis ꝛ grossi: ꝛ cibaria diu morãtia in ore stõi. ꝛ difficilia digõnis: ꝛ q̃ gñant hũores grossos. Et a qb⁹ ascẽdũt vapores ad cerebrũ: sicut sunt cepe porri eruce ꝛ fũa. Et dixit. dẽnt vitare somnũ post cibũ vsq; quo cib⁹ descẽderit ad fundũ stõi: neq; diu iaceat supinus. Et nõ apponat oculos vento septẽtrionali. Et caueat a frigore nimis ꝛ fumo ꝛ puluere. ¶ Dixit Aui. iuuant exercitijs extremitatũ ꝛ ꝓprie inferior ꝛ frication ea ꝛ. sup. ꝛ oĩb⁹ alijs modis diuersionũ. ¶ Et dixit Raſ. 2° ꝺti. serpẽtes incisis eoꝝ extremitatib⁹ ꝛ ejecti eoꝝ interioꝛib⁹ ꝛ felle carne manẽte integra. si bñ abluant ꝛ decoquant cũ aq̃ sale aneto ꝛ vino vn⁹ eoꝝ comestus valet obscuritati visus. ¶ Cura vo ei⁹ ꝑ potionez est cũ digõne mãe ꝛ ei⁹ eũone ꝛ diuersione. Digestiuũ vtile. ℞. eufragie betonice ſticados celidõie cassielig. aã. M. i. seis feniculi: seis citrãguli fileris montani. aã. ʒ. i. folioꝝ ruthe ꝛ ꝓbene ꝛ morsus galline ferẽtis flores rubeos. aã. M. ſ. decoquant in aq̃ ꝛ colent' ꝛ in colatura ponant'. ʒ. ij. vini sqllitici: qd̃ fit ꝺm q; fit acetũ sqlliticũ ꝛ zuccari vel mellis: q̃tũ sufficit: ꝺosis. ʒ. ij. cũ. ʒ. ij. aq̃ feni. ¶ Et mã digesta eũet cũ medicina q̃ nõ laboꝛiose soluit: neq; ẽt mãz exagitet ꝛ nõ eũet. Et ꝓferũt in hoc pille cochie ꝛ aureẽ: ꝛ pille lucis ꝛ sikes. ¶ Elium solutiuũ bonũ vtile ꝛ securi vsuꝫ q̃ vtẽdũ est ꝑ interualla ꝙueniẽtia: ꝛ maxie post vltes purgationes. ℞. mirab. citrinoꝝ kebuloꝝ ꝛ indoꝝ. aã. ʒ. ij. emblicoꝝ ꝛ pelliricoꝝ. aã. ʒ. i. ſ. zuccari. ʒ. vi. terant' in vase lapideo: ꝛ trib⁹ ꝺieb⁹ quoꝫ die bis aspergant' cũ aq̃ fontis ꝛ dimittant' postea exiccari: deinde iteruꝫ terant' ꝛ accipiãt ex hoc toto. ʒ. viij. ꝛ turbith electi. ʒ. vi. zinzi. ʒ. j. ſ. cinamomi anisi sandaloꝝ rubeoꝝ. aã. ʒ. i. dyagridij. ʒ. ſ. zuccari: qd̃ sufficit ꝺosis. ʒ. ſ. vsq; ad. i. ¶ Jesus haly. i cura debilitatis visus. ꝓhibuit flõmiã fieri: ipsa. n. debilitat visum: marie ſi equẽter fcã. ꝛ ꝓprie ex cephalica ꝑ resolutionẽ ipsũ ꝛ mãe: vñ gñat' sanguis. Et re ꝺa flõmia raro põt cõpetere: qꝛ raro est q; mã sanguinea sit cã debilitatis visus. Si tñ aliq̃ foret tũc posset cõpetere in quo casu. dixit Paulus. minutio fiat in brachio ꝛ postea in lachryma li. ¶ De vomitu in debilitate visus. dixit Aui. vomit⁹ minimus. i. facilis est ex eis q̃ ꝓferũt: ꝛ marie senib⁹ qꝛ in eis ꝑ viã indigõnis multiplicant' in stõ mãe multe. Sꝫ vomitus laboꝛiosus nocet multũ ꝑ agitationẽ q̃z efficit mãe in stõ cõtẽtaꝝ. ¶ Et ꝙuenit ẽt eũo fcã q; vrinã: ꝛ ꝑ ludoꝛẽ: marie ꝑmissa eũone gñalioꝛi. Et post coꝛpis ꝛ stõi eũonẽ. ¶ Dixit Aui. ꝓferũt eũones ꝑ gargarismata ꝛ masticationes ꝛ sternutatoꝛia ꝛ caputpurgia ad mũdificãduꝫ caput ꝛ cerebrũ de mãijs in eis ꝓtẽtis fiat diuersio ad inferioꝛa. Et ꝓhibeatur ascẽsio vapoꝝ ad caput ꝛ oculos. ¶ Dixit Aui. ꝓfert administratio ei⁹ qd̃ ꝓhibet ascẽsuꝫ vapoꝝ ad caput: sicut ẽ trifera minoꝛ: ꝛ ꝓprie apud sõnũ sũpta. ſ. cũ qs ꝺoꝛmire post cibuꝫ: qꝛ tũc sũpta ꝙuenit virt⁹ ei⁹ ad caput magis ꝛ meli⁹: põt ẽt sumi post sõnũ marie nocturnũ de mane mũdificato stõ. nã tũc mũdificat stõꝫ ꝛ exiccat hu⁹ᵐᵒˢ eius ꝛ cerebri: ꝛ post eũones. dixit Aui. administrabis illud qd̃ resoluit ꝛ ꝓsumit reliqas mãeꝝ. Ex bis q̃ dicta sunt cõuenire illud rõne obthalmie. ꝛ q̃ ꝺicent' infra. ¶ Dixit hal. si debilitas visus est ex debilitate ꝛ paucitate sp̃ũs medicaminib⁹ eget' sp̃ĩ visibilẽ cõfortatib⁹. sup. ꝛ multiplicãtib⁹ in cibis bonis ꝛ odoꝛationibus gratis. Si vo grossities sp̃ũs fuerit cã debilitatis visus. dixit. A. cure' cũ medicinis absterſiuis. sup. ꝛ subtiliatiuis ꝛ resolutiuis. ꝺꝫ. n. medicina hic ꝙueniẽs hr̃e absterſionẽ subtiliationẽ resolonẽ q̃ conueniũt ẽt in grossitie humoꝝ ꝛ in grossitie tunicaꝝ. Et iste medicine sunt sicut faba ꝛ maiorana ꝛ mel ꝛ alia q̃ ꝺicent'. Et qꝛ plũme eaꝝ sunt acute attractiue mãeꝝ ad locũ: vñ posset oculus ꝓturbari ad ꝓhibendũ hoc nocumẽtũ ab eis dixit Aui. opꝫ vt vtaris cum eis medicinis stipticis: vt cõfortent oculũ ne recipiat illud qd̃ ꝑ illas attraheret'. Et si ꝑdicte medicine stiptice eẽnt ẽt frigide iuuarẽt cũ repulsiõe ei⁹: qd̃ influeret: vsus tñ haꝝ medicinaꝝ ꝓprie est post eũones ꝛ diuersiones si necesse fuerint: ꝛ inter alias medicinas q̃s posuit Aui. bñtes ꝑdictas intẽtiones q̃tuoꝛ ꝛplere est assiduatio alcohol ex litio valde: qñ ꝙfortat virtutẽ oculi vsq; ad tꝑs lõgũ. ſ. ne recipiat: ꝛ cũ hoc abstergit subtiliat ꝛ resoluit. Et dixit. facere alcohol cũ frication mirab. ſ. quoꝝũcũq;: vel maxie citronioꝝ: vt dixit hal. ꝑ practice. cũ aq̃ roſ. cõfert valde qñ est humiditas in cã subtilis cũ calitate ꝛ cũ puritu. Nã in ℔ est virt⁹ medicie ꝙfortatiua oculi ꝛ repulsiua cũ absterſiõe ꝛ resolone sufficiẽti i mã subtili. Jn mã ãt grossa fortasse nõ sufficeret subtiliare ꝛ resoluere eaz: imo fortasse magis ingrossaret cũ stipticitate ꝛ siccitate sua. Et ex medicis iuuatiuis in ℔ dixit Aui. ẽ tutia abluta seu nutrita cuꝫ aq̃. ſ. succo depurato sãsuci: aut cũ succo feniculi aq̃ albedarugi ꝛ succo prassi. Nã in ℔ medicamie ẽ ꝙfortatio aliq̃ absterſio subtiliatio ꝛ resolo. Et. A. dixit. Ex cõferẽtib⁹ in ℔ c°. ſ. in qb⁹ ẽ absterſio subtiliatio ꝛ resolo ẽ alcohol de fellibus singlib⁹ vel cõpositis. i. vno vel plib⁹ mixtis: ex qb⁹ est fel alcubugi: ꝛ fel tauri. Et fel labot: ꝛ ẽ piscis dict⁹ variolus: vel spinula: qd̃ fel multũ cõmẽdauit Ga. 4° ō simplici me⁽ⁿᵃ⁾. Et fel auis frãgẽtis ossa: ō q̃ dñt: q; ẽ auis filis aqle vel de gñe aqlaꝝ q̃ arab. vocaꝫ belozi vel cabin⁹: de q̃ locut⁹ fuit Aui. 9° sui de aiali. c° de aqlis. Et ex eis est fel vulturis' ꝛ vrsi ꝛ leporis ꝛ gruis ꝛ yrũdis ꝛ passeꝝ ꝛ vulpis ꝛ gatti ꝛ canis leporarij ꝛ arietis siluestris. Et dixit. felli tarde ineſt ꝓprietas valde mirabilis: ō q̃ qdã dñt q; ẽ turdus: qdã q; ẽ starna. Aui. ãt 9° de aiali. noiauit quãdã auẽ cubeg ꝛ datare cui ipsi posuit tarditatẽ. Et iter fella vt ꝓz 4° de simᶜⁱ meⁿᵃ. q̃dã sunt fortiora ꝛ acutiora. Et. n. fella volatiliũ acutiora sunt fellib⁹ q̃drupedũ. Et inter fella volatiliũ acutiora sunt fella viuẽtiũ de rapina. ¶ Dixit qdã ℞. fel anguille grosse: ꝛ fel galli ꝛ mel rubeũ ꝛ vinũ citrinũ claꝝ ꝛ aq̃z fontis eqs põderib⁹ misce: ꝛ eneo vase ꝛ de nocte ad aerẽ tene in loco coopto: ꝛ ex hoc oculos inunge qñ mirabiliꝛ cõfert. ¶ Et scias q; oẽ colliriũ qd̃ fit ad debilitatẽ visus ꝺꝫ fieri in vase eneo ꝛ i eo ꝓseruari. ¶ Dixit qdã expimẽtatoꝛ. fel leporis ꝛ galli ꝛ gallie tolle ꝛ cũ mel le misce: ꝛ aq̃ purissima ꝛ i vase eneo recõde: ꝛ ex eo oculis immitte: qꝛ in paruo tpe visuꝫ restaurat: dũmõ interim pa

¶ Cura vero p̃ potionẽ. Aut vertis. dixit Mes. ad mãm descẽdentẽ ad aurẽ ex corpore vel capite que auget vel cõseruat vlcus in ea. Et requirit tres intentiones curatiuas que implent. dixit Mes. digõne mãe diuersione ⁊ eũone eius. ¶ Et digestio qdem huius mãe implet cũ digerentibus mãm siue calidã siue frigidã. vt p̃cedentibus multotiens dictũ est. Et eũo mãe digeste. Dixit. A. fiat cũ eũantibus mãni ipsam peccantẽ a proprietate. Et dixit. mundifica caput affidue ⁊ de diuersione mãe dixit. inclina mãz ad nares ⁊ os. Et hoc cum sternutationibus ⁊ gargarismis supple ⁊ caput purgijs ⁊ masticatorijs. Et adhuc cũ diuertentibus mãm ad oppositũ ⁊ longinquũ cũ fricationibus ⁊ ventosis cristeribus ⁊ alijs modis diuersionũ. Aut dixit Mes. respicit ipsum vlcus ⁊ si qdez recens est. s. ⁊ sine suspitione: deperditione cõplet duplici regimine. p̃m est mũdificatio ⁊ absersio ipsius. ⁊ 2m est: exiccatio ⁊ eius p̃solidatio: ⁊ hoc siue fuerit sensui manifestũ siue occultuz. Si vero antiquũ fuerit. s. ⁊ cũ suspensione deperditionis triplici gñe curationis indiget silr siue fuerit sensui manifestum siue occultũ. Et p̃m est mũdificare ⁊ abstergere vlcus a putrefatione ⁊ corruptione fetida. s. ⁊ oĩ additione carnis mollis in eo. Et 2m est incarnatio. i. carnis seu subẽ deperdite ⁊ reparatio eius qõ deperditũ est p̃ putrefactionẽ. Et 3m est exiccatio ⁊ p̃solidatio ipsius vlceris: q̃ intentiones implende sunt post q̃z implete fuerint intentiones supradicte. Circa mãm añ tẽ. ¶ Prima ergo intentio in vlcere recenti. dixit Mes. cõplet cũ his que sunt mediocria. s. sine aliqua modicatione: sicut est aqua mellis p̃prie. Aut vinũ cũ melle aut acetũ cum melle aut oximel. s. simplex. aut ẽt cõpositũ. aut oximel squillíticũ ⁊ filia factis ex eis iniectionibus post iniectiones p̃ siringã. aut p̃ aliquod qõ est sicut cãnula pene subtilis. Deinde abstergat subtiliter: aut cũ lana subtili. i. leni. ¶ Dixit Almã. idromel multotiens in vna die est distillandũ in aurẽ. Et de mũdificãtibus vtilr est vrina puerop̃ sola. ipsa. n. cũ hoc q̃ mundificat ⁊ abstergit p̃hibet fluxũ humiditatũ ad aurẽ. ¶ Et de vtilibus mũdificãtibus vlcus auris est medicamẽ hoc. ℞. sarcocolle ⁊ terbentine. añ. ʒ. i. ⁊ olei camomille. ʒ. ʃ. reducantur in formã vnguẽti liquidi ⁊ distillet in aurẽ: aut in vlcere manifesto p̃fice sarcocollã p̃tritã cũ melle ⁊ admini stra in licinio: sicut dixit Sera. aut dixit. administra basilicon. s. vnguentũ ⁊ liquefactũ cũ oleo ros. injce in aurem. ¶ Dixit Sal. vt scribit 3o cõti. si vlcus fuerit p̃pinqui tẽporis memithe solũ sanabit ipsum quotiens teris cũ aceto. Et Paulus dixit. ad vlcera p̃pinqui tpis sufficit siet. memithe. Et Sera. dixit si ap̃a auris aggregationẽ fecerit saniei ⁊ fit vlcus administra in primis memithe. s. siet eius tritũ cũ lacte mulieris. Et subdit Sal. ⁊ siet rosatũ ẽt sanat ipsum. Si. n. manans fuerit ex vlcere auris putredo modica sanat quotiẽs curat cũ rebus p̃dictis. ¶ Et Auí. dixit vlcera nõ p̃funda q̃ sunt p̃pinqui tpis curant cũ siet memithe cũ aceto. aut colliriũ rosatũ ⁊ myrrha ⁊ aloe in melle aut vino dissoluant ⁊ ponant in aurẽ. q̃ si vlcus multe saniei fuerit lauet cuz vino decoctionis betonice. aut cum succo lupuli. aut cũ succo mercurialis post q̃z isti succi clarificati fuerint: aut cũ aq̃ mellis in q̃ bullierit aliq̃ de radice elleboꝛi albi. nã vtilr cõfert. Et de p̃ferẽtibus in multitudine saniei est sandaraca pulverizata ⁊ mixta cũ vino ⁊ melle auri impositã: qñ sic abstergit ⁊ desiccat multuz. ¶ Dixit Auic. q̃z confert distillatio vue acerbe. s. succi eius in aurẽ ⁊ p̃prie qñ ponit cũ ea mel. Et silr succus foliop̃ salicis: aut decoctio eap̃. aut ponant in melle. i. trita ponant in aurẽ cũ melle aluminis adusti ⁊ myrrhe. añ. ʒ. i. Dixit aũt q̃z. q. tunc maxime qñ de mã reumatizaret ad aurẽ. ¶ Et dixit. A. si vlc9 manifestũ est sensui ablutio cũ aceto ⁊ aq̃. s. mellis fiat. aut cũ oximel ⁊ aq̃: aut cũ vino aut cũ decoctione mellis cuz ros. ⁊ menta. alias. myrrho.

¶ In vlcere vero antiquo. dixit Mes. cõplet mũdificatio cuz eis q̃ sunt vigoꝛose abstersionis nõ nimis fortibus. in p̃n9 vt pueniat paulatim ad ea q̃ sunt fortioꝛa. Et ex rebus gilis mediocriũ. dixit ipse est vrina pueri cũ melle ⁊ abstinthio: aut cũ vino ⁊ melle ⁊ modico salis gẽme: aut oximel squillíticũ cũ modico floꝛis eris ⁊ fortius est alkitran cuz melle: ⁊ ex mediocribus est vinũ decoctionis luf. cũ melle aut decoctionis affodillop̃ cũ melle: aut succus foliorũ affodillop̃ cũ melle ⁊ vino. Et ex eis q̃ sunt media in hoc ca9 dixit Auí. est alumẽ cõbustũ cũ equalitate sui de melle. Et q̃z addit Datillus. s. nucleus eius cõbustus. Et vt salgẽma mixtũ melli. Et puluis aristologie cuz melle ⁊ aq̃ oliuap̃ salitap̃. Et fortioꝛ est ea aq̃ piscium salitop̃. Et ex eis est succus foliop̃ nucis cũ vino ⁊ melle. De fortioꝛibus autẽ misceat alkitran cũ melle: ⁊ ponaꝛ in aure. qñ mũdificat ipm valde. ¶ Et dixit. A. eget eis q̃ sunt sicut alkitrã cũ melle: ⁊ sicut fel coꝛui ⁊ testudinis ⁊ p̃prie administratio eop̃ cũ lacte mulieris. ¶ Dixit Sal. vt scribit 3o p̃tinẽ. Si putredo fuerit abũdãs cura fiat cuz troc. andacaron. Et si nõ p̃tulerit teraf squãma ferri cũ aceto fort in sole p̃ples dies ⁊ ipone de eis guttã in aure cũ securitate. ¶ Serap. vo dixit. si exit ex aure sanies multa fetida cũ aq̃ accipiat squãma ferri ⁊ teraf cũ aceto ⁊ dimittat in sole donec inspissef ⁊ fũdat ex ea i aurẽ. ¶ Dixit Aler. tere arsenicũ rubeũ bene ⁊ misce cũ melle ⁊ inuolue in eis licinĩ ⁊ ipone auri: qñ mũdificat ⁊ exiccat vlcera: ⁊ nõ nocet ⁊ fiducialr vtendũ est eo: qñ expertũ est. ¶ Dixit Mes. ex cõpositis vltimis est vnguẽtũ egyptiacũ: ⁊ p̃prie solutũ cũ vino vel aceto ⁊ distillatũ in aure. est. n. mirabile. ¶ Unguẽtũ egyptiacũ. ℈m Hal. ℞. mellis. ʒio. aceti vini. ʒ. viij. coq̃ ad ignẽ ⁊ aufer spumã ⁊ delup̃ pulveriza floꝛis eris. ʒ. ij. Et misce ⁊ in aurẽ pone cũ licinio: qñ p̃batũ est: qdã dissoluũt ipsi cũ oximelle: aut cũ oximelle squillitico. Et q̃z fit vnguẽtũ de zimac. als. ō ziniar mixto cũ melle. ¶ Dixit. A. cũ multiplicat pus valde tũc nećia est admi1o licinĩ submersum felle taurino distillationis in vrina infantiũ. Et ex mediocribus fortibus dixit ipse est scoꝛia eris cũ arsenico ⁊ melle ⁊ aceto. aut rubigo ferri vel scoꝛia ei9 fixa p̃trita sicut pulvis post frequẽtẽ fixionẽ ei9 multotiẽs factã cũ aceto vini donec fiat sicut mel ⁊ distillet in aurẽ. ¶ 1m aũt regimẽ vlceris recẽtis cõplet instillando in aurẽ. dixit Mes. ea q̃ sunt mediocris exiccationis sine mordicatiõe multa sicut est olibanũ solutũ cũ vino. sarcocolla ⁊ olibanũ soluta cuz vino ⁊ melle pauco ⁊ ẽ hoc expertũ bonũ. Et ex eis est myrrha ⁊ aloes dissoluta in vino ⁊ melle ⁊ sandaraca in hoc ẽ mirabilis ⁊ p̃prie trita cũ vino ⁊ melle: ⁊ imissa cũ licinio. sanat. n. ⁊ dolorez tollit. Et silr alumẽ tritũ cũ aceto cũ p̃tiõe vltia expertũ ẽ. Et licinĩ cũ siet memithe. ⁊ itez alumẽ iamenũ ⁊ myrrha ⁊ aloes ⁊ sandaraca ⁊ sarcocolla cũ melle ⁊ vino. ista. n. oĩa ⁊ silia exiccãt vlcus recens. ⁊ si qdẽ in eo est de carne deperditũ degñ ant: ⁊ p̃solidat. Et de p̃ferentibus est decoctio sumac iniecta ⁊ vtilis ẽ succ9 poligonie. ¶ Dixit Raf. 3o p̃ti. misce thus cũ vino ⁊ guttatiz ipone auri: qñ corrodet carnẽ mortuã gñando bonã: ⁊ sarcocolla cũ melle idẽ facit. Et succus foliop̃ oliue: Dixit. A. cuz melle iniect9 in aurẽ est vltimũ. ¶ Dixit Almã. ℞. sarcocolla aloẽ sãguinẽ drac. thus squãmã ferri ⁊ ziniar. Et ex eis in aceto dissoluat ⁊ in aurẽ mittat: ⁊ licinĩ in melle intinctuz p̃dictis intingat ⁊ sic imittat. ℈. n. mũdificat ⁊ sarcocollã ⁊ ziniar. Et p̃sumit si qd residuũ de mã remanerit p̃ thus ⁊ squãmã ferri. Et p̃ sanguinẽ drac. cõsolidat ⁊ valet hoc ẽt in vlcere antiq̃. Et vinũ rubeũ cũ melle iniectũ mũdificat ⁊ p̃solidat. ¶ Regimẽ aũt 2m in vlcere antiquo qõ est regñatiuũ carnis deperdite in eo. dixit Mes. fit cũ remedijs mediocris exiccationis absq̃ vehemẽti mordicatiõe. Et sunt

Et sunt eo ꝓprie: quoꝝ in cura vlcerū non antiquoꝝ remorati sumus. ¶ Tertiū vo genus in vlcere antiquo qō est cōsolidatiuū eius. dixit Mes. cōplet cū rebus consolidatiuis ⁊ exiccatiuis: in qbus sit pmixtio aliquoꝝ humiditatē habentiū sicut myrrha aloes thus ⁊ silia quoꝝ precessit rememoratio. s. in 2° curationis mō vlceris recentis in quib⁹ misceant aliq̄ q̄ sint sicut colcotar ⁊ flos eris ⁊ silia. ¶ Et Serap. posuit vnguentū vtile ad absterſionē ⁊ cōsolidationem vlcerū sordidoꝝ antiquoꝝ fetidoꝝ. qō sic fit. ℞. ziniar ⁊ mel ⁊ acetū cū equalitate ⁊ coquant donec inspisset sicut mel ⁊ administret. ¶ Unguentū cōsolidās vlcera auris exiccata sanie. ℞. scorie ferri lote ⁊ ꝑparate: ⁊ bulliat in duabus partibus olei rosati ⁊ vna aceti ⁊ colet ⁊ ponat ex eis in aure: aut ponat in aure vinū in quo dissoluta sint bolus armenus sarcocolla myrrha cortex thuris ⁊ aloes ⁊ scoria ferri lota ⁊ ꝑparata ⁊ vltime pulueriz̄ata. Et forti⁹ isto est troc. andromaci descriptus tertio practice. Hal. ℞. galle viridis ⁊ thuris. aū ʒ. iij. aluminis scisi myrrhe. aū. ʒ. iiij. vitrioli. ʒ. j. Aris. longe ⁊ ro. aū. ʒ. par. fiāt troc. cū vino. Et cū necesse fuerit terant: ⁊ dissoluant cum aqua ros. ⁊ injician tur in aure. ¶ Dixit Avi. plures calidoꝝ medicorū implēt aure purulentam pāno ꝓhibendo cursum sanici ab ea. Et ꝓhibent infirmū dormire in latere illo. s. vlceris: vt nō inueniat sanies meatū: quare egrediat ad hoc: vt declinet sanies versus carnē molē q̄ est in radice auris ⁊ faciat euenire apa in ea: deinde pforant ipm cum maturatiōe vel post maturationem ⁊ curant ipm. Et sanat cursus sanici ab aure. ¶ Et q̄ñq̄ cura respicit accidētia. Dixit Raſ. 3° ꝓtiñ. si dolor vehemēs fuerit cū vlcere: non curet vlcus cū desiccatiuis fortibus: sed sedet dolor: ⁊ postea sanet vlcus. Si vō excitat dolorē in vlcere tere semē iusquami ⁊ opiū cū adipe anetino: imponat ei cū ceruſa plūbi. ¶ Aut impone licinīū cum solano albumine ouī ⁊ oleo ros. ¶ Dixit. A. cū videris humiditatē detinere ꝓp medicinas ꝓhibitiuas exiccatiuas: tūc funde in aure oleū ro. vt cadat crusta. deinde pone in aure qō ḡnat carnē: ⁊ opz penitus: dixit ipse ne virus detineat. imo ꝓhibeat natiuitas ei⁹. i. q̄ nō regeneret ⁊ multiplicet. imo exiccet. Et si fuerit illic vlcus valde dolorosum administra opiū cum lacte: aut sumant. xx. amigdale. s. amare excoriate ⁊ opij ⁊ baurach ⁊ thuris. aū. ʒ. j. ℈. ʒ. Et croci et galbani ⁊ myrrhe. aū. ʒ. j. terant ⁊ pulueriz̄ent cum aceto ⁊ exiccent. Et cū necesse fuerit effundant oleo ros. ⁊ distillentur in aurē. Et si fuerit illic sanies loco aceti sit vinū: aut mel aut oximel. ¶ Et dixit Avi. si dolorē habuerit curet cū scoria ferri cōtrita multotiēs ⁊ misceant cū ea qō desiccat ⁊ sedat dolorē. Et istud est sicut administratio olei amigd. cū myrrha ⁊ aloe ⁊ croco: ⁊ q̄ñq̄ nec̄iū est: vt administret parū opij.

In cura autē sanici exeūtis ab aure absq̄ vlcere: opz silr premitti digestionē eūonē ⁊ diuersionē ⁊ rectificationē mēbri a quo fluit. Dixit. A. melius est vt nō repercutiat neq̄ ꝓhibeat dum non supfluit: immo oportet vt abluat ⁊ tergat aliquo qō sit sicut aqua ros. ⁊ oleū rosatum ⁊ et ex succo foliorū oliuarū cū melle. ¶ Tertio ꝓtinē. dixit Raſ. medicamē non bñs par in desiccando aures. ℞. squāmā ferri subtiliter tritā ⁊ cribellatā cum sirico ⁊ cocta postea cū aceto forti valde donec fiat ad modum mellis: sed acetū debet poni in quadrupla quātitate. Acetum aūt forte decoctionis scorie ferri iniectū in aurem sanat emissionē sanici ab ea antiquā. Et aliq̄n decoq̄t in oleo rosato ⁊ modico aceti ⁊ colat ⁊ injicit in aurem. Et valet oleū canapis immissum cū ꝓprietate: ⁊ valet oleū irinum cū aceto ⁊ terebentina cū melle ⁊ oleo amigd. amararū ⁊ myrrha cū vino ⁊ succus absinthij cū melle. Et de vtilibus est vinū cū equa parte sui succi foliorū oliuarū: in qbus decoquunt folia vel flores vel cortices salicis singulr ⁊ coniunctim. ¶ Et q̄ñq̄ extrahit sanies de aure per empla vel vnguenta attractiua fortiter supra aurē ab extra administrata sicut est emplm gerardi sup 9° alñ. q̄ sic fit. ℞. armoniaci terebentine cere. aū. ʒ. ʒ. serapini. ʒ. ij. succi cepe. ʒ. j. ℈. ʒ. myrrhe ⁊ castor. aū. ʒ. j. misceant malaxando cū oleo laurino. ¶ Dixit Hal. vt scribitur 3° ꝓtiñ. si sit cū sanie manante ex aure dolor. ℞. cortices granatoꝝ aluminis croci opij castor myrrhe ⁊ thuris: ⁊ cōuenienter distemperent cum aceto ⁊ melle ⁊ imponat auri q̄n desiccat ⁊ dolorem valde mitigat ⁊ vtilr. ¶ Dixit Avic. q̄n cum pure est dolor: q̄ñq̄ necessarium est aloes ⁊ opium ⁊ crocus commixta cum melle ⁊ posita in aure.

Cura ext⁹ sanguinis ab aure.

Et q̄ñq̄ egredit sanguis ab aure q aliq̄n est creticus cōsimilr sanguini narīū: ⁊ rarissime accidat: de quo dixit Sera. si est ſm semiā crisis nō opz vt retineas ipsum: q̄n est sanguis malus corruptus nisi si addat ⁊ multiplicet: q̄n apud illud timet ex eo vehementia fortis: q̄n tūc opz vt retineat. Et Avi. dixit creticus nō restringat nisi si pducit ad debilitatē ⁊ sincopim. ¶ Et q̄ñq̄ accidit ab vlcere in aure ⁊ curat cura vlceris. ¶ Et q̄ñq̄ accidit a repletione sanguinis. s. cū mā acuta corrodēte vel sine ḡre pducit ad incisionē. i. fractura vene aut abscisionē. i. corrosionem. aut aptionē. s. poroꝝ vel orificioꝝ vene. Et habz intētiones curatiuas cōsiles fluxui sanguis narīū: ⁊ ꝓsilr iplent. quātū aūt huic loco ptinet restringit: aut medicinis infrigidantibus: aut stipticis. aut cauterizantibus q̄ñq̄ singulr ⁊ q̄ñq̄ cōpositē. Et ex stipticis fridis sunt succus caude egne succ⁹ folioꝝ oliuarū succus plātaginis succus virge pastoris decoctio granati in aceto ⁊ exꝑssa decoctio rubi decoctio gallarū in aqua vel aceto. ¶ Dixit Hal. sicut scribit 3° ꝓtiñ. incidit fluxū sanguis ab aure galla decocta in aceto ⁊ melle. fiat ex eis siet. ⁊ mittat in aure: ⁊ dimittat quinq̄ diebus: ⁊ postea extrahat. ¶ Et de cauterizātib⁹. dixit. A. sunt sicut succus foliorū albedoragi. dicūt q̄ ista lra est corrupta: q⁹ succus eius nō est cauterizatiuus: ⁊ q⁹ iudeus vt scribit 3° cōtinē. a quo. A. accepit non posuit ipm cauterizatiuū. sed bñ cū quadā viscositate glutinosa retinet fluxū sanguinis: ⁊ fortalle cū ꝓprietate. ¶ Dixit Hal. cū sanguinem videris ab auribus fluentē sumach exꝑssi aquā illis instilla: aut portulace. aut virge pastoris. Aut sume. gallā diligenter tritam ⁊ cū aqua portul. in aurē instilla: aut instilla. succū porri maliatici. aut aloen ⁊ thus trita equalr ⁊ diligēter cum porri succo. Aut coagulū leporis tritū cum aceto. ¶ Dixit Avi. ex eis q̄ sunt mirabilia in fluxu sanguis valde est coagulum leporis cū aceto. aut succus porri cū aceto. ¶ Et ex expertis est vt sumant duo renes. s. caprini ⁊ ircini ⁊ aliqd adipis salliti ⁊ assent media assatione ⁊ exprimat aqua eorū in aurē. ¶ Dixit Sera. si accidit ex vulnere: aut pcussiōe aut re q̄ incidit venas: tūc opz vt curet ꝑ instillationē ⁊ licinīū cū medicis q̄ retinēt sanguinē: sicut est decoctio gallarū ⁊ rāni cū aceto ⁊ succo virge pastoris ⁊ arnoglose ⁊ silib⁹. Et dixit si times q̄ coagulet sanguis: tūc accipe succū porri ⁊ permisce cū aceto ⁊ distilla in aurē donec non exiccet sanguis ⁊ corrūpat instrm auditus. aut madefac in illo licinium ⁊ administra. Et Raſ. dixit tertio ꝓtiñ. si sanguis fuerit in aure ꝓgelatus ipone de aceto cū succo porroꝝ. ¶ Dixit Ruf. de regimine infantiū. Ex aure cuiusdā infantis exiuit hūiditas quā nō potui extimare esse sanguinē. Et in vitate erat supfluitas nutrimēti: vñ si hoc videris ꝓcipe vt nō lactet nocte ⁊ mane ps illi⁹ hūiditatis tollet ⁊ desiccabit.

¶ De sorde aggregata in aure. Cap. vj.



Am sordes multe in aure aggreganť qb⁹ auditus ipediat aut dolor excitet in aure. dixit. A. distillet in eā oleū de amigdalis amaris montanis ꝓprie in nocte. Et ingrediat patiēs balneū. s. stuphā: ⁊ ponat aurē sup terrā calidā. i. sup soliū balnei ⁊ liq̄at sordes ⁊ egrediat. ¶ Et de cōferentib⁹ est succus lupuloꝝ calidus iniectus ⁊ licinīū inunctū melle ⁊ inuolutū in puluere. Ari. ro. aliq̄bus dieb⁹ in aure dimissuz ⁊ ꝓfert radix serpētarie eo-

dem mõ ꝛ ſiliter radix elli albi eodẽ mõ. ꝛ cõueniũt ẽt medicine fortiores. verũ dixit. A. nõ vtaris licinijs fortibus niſi poſt purgationẽ: ꝛ ex eis eſt licinij infuſuꝫ in pice ꝛ oleo camomillino ꝛ nardino ꝛ ex exptis eſt oleũ de ſcorpionibus: qm̃ ipſum ſanat ſurditatẽ ex opilatiõe ſordis. ¶ Dixit Serap. opꝫ vt mũdifices ſorditiẽ auris cũ cozdumeni ꝛ nitreo tritis ꝛ pmixtis cũ ficubus ſiccis: quarũ grana ſint ablata ꝛ ſint cõdite cũ eis. Et fiat ex eis licinium longũ ꝛ intromitte ipm in aure. ꝛ extrahe ipm in oibus duobus dieb⁹: aut tribus. Et. A. dixit miſceat baurach cũ ficub⁹ ſiccis de qbus eiecta ſunt grana ꝛ fiãt ex eis licinia parua ꝛ ponant in aurem: ꝛ in die tertio extrahant ꝛ aſſociabit eis ſordes multa: ꝛ ſuccedit ei leuitas manifeſta. ¶ Et dixit Serap. tere nitrũ ꝛ inſuffla in aurẽ. deinde inſtilla in eã acetũ: deinde abl̃ue cũ aqua calida cũ qua diſſolutũ ſit nitrũ: poſt quã egredit: q̃ diſtillata fuit in eam: deinde accipe tubel eris ꝛ miſce cũ arſenico rubeo cũ equalitate ꝛ aggrega cũ melle ꝛ ſolue cũ aceto ꝛ diſtilla in aurẽ ꝛ poſt paululũ ablue cũ aqua calida: aut cũ aqua mellis. ¶ Dixit. A. qñq; ꝓfert ei inſufflatio attrameti in ea ꝛ cozdumeni. ʒ.j. ꝛ baurach armeni. aurę. ʒ. ꝛ ficuũ albarũ quantũ ſufficit ad incozporadũ ꝛ fiat ex eis licinij. aut infundat in ea. ʒ.ʒ. fellis tauri cum oleo de praſſio. Et praſſium ipſum contritum confert ꝛ aqua eius.

¶ De opilatione auris. Cap. vij.

De cauſis

Dixit Sera. grauitas audit⁹ ꝛ opilatio forteſſe incidũt in boza ex partib⁹ auris: qñ accidit in ea opilatio ex apate: aut ſoliditate aut carne addita. Et fit in aure etiaꝫ opilatio ex ſorditie in ea ꝛ ex re q̃ cadit in ea ex natione ſcz in q̃ ingredit aq̃ in aurẽ. Aut lapide ſubtili aut qbuſdã plantis aut paruis aialibus q̃ ingrediunt in eã. Et dixit. dolẽt ẽt in boza ex opilatione q̃ fit in neruis q̃ deſcendunt ad eas ex cerebro qñ opilant ex hũore groſſo cũ currit ad ipſos aut vẽtoſitate groſſa. ¶ Et Auic. dixit. qñq; fit pp panniculũ creatũ ſup foramen auris: ꝛ qñq; fit pp carnẽ cõgelatã. Judeus hʒ pp ſanguinẽ cõgelatũ ꝛ eſt melior ſra. ꝛ qñq; fit pp carnẽ additã vt verucã. Et qñq; fit pp ſordẽ ꝛ qñq; fit pp lapidẽ aut nucleũ cadentẽ in eã. Aut pp aial intrans in eã qđ mozit in ea. Et qñq; fit ex hũore vicoſo opilante foramẽ aut meatũ nerui. ꝛ ſentit hõ ac ſi eius auris ſit opilata. Et qñq; accidit pp ventũ vehemẽtẽ. ¶ Dixit Aui. illa q̃ eſt ex panniculo. ſ. ozto in meatu ꝓfundo aut ex carne ꝓfunda eſt difficilis cure ad tm̃ ingeniũ cum inſtrõ inuenit ſecãte ipm. ſ. carnẽ ꝓfundã: deinde facta inciſione eius ꝓhibeat ꝓtinuitas eius. ¶ Et dixit. in ea q̃ eſt ex creatura: ꝛ eſt vt creet auris nõ pforata: aut in creatione interi⁹ eſt opilata iam experit ab aliqbus cũ opatiõe manuali ita vt pueniat ad diſcooperiẽdũ ꝛ pforandũ vſq; ad ſarnach interiorẽ: ꝛ hʒ qñq; cõfert. ꝛ qñq; nõ cõfert. ¶ Pãniculus vo ꝛ caro q̃ eſt manifeſta eſt facilis cure: ꝛ facilr põt remoueri ĩcidẽdo eã cũ cultello ſpinoſo quo incidunt emozroydes naſi: deinde tẽta aut bucella ponat ſuper quã pulueriʒatũ ſit colcatar: aut q̃ currũt curſu ei⁹ ex eis que ꝓhibẽt natiuitatẽ carnis. ¶ Et dixit. in facta pp carnẽ additã vel verucã abluat cum aqua calꝫ ꝛ nitro: ꝛ diſtillet in ea es vſtũ ꝛ arſenicũ rubeũ trita valde cũ aceto ita vt abducant carnẽ: deinde curet vlcus. Et dixit iam dictũ eſt q̃ aſſiduatio effuſioĩs in aurẽ fellis taurini. alꝫ. porcini valde ꝓfert ei. ¶ Et ſi opilatio fuerit a re fixa in ea. opꝫ vt diſtillet ĩ aurẽ oleũ de lilio vel keyrinũ. ¶ Et ſi fuerit aial mortuum in aure effundat in ea ex oleis aliqđ qđ aperiat. deinde extrahat cũ inſtrõ mũdatorio auris. ¶ Dixit Aaron ſi aliq̃ fluxerit ſanguis ab auribus: ꝛ poſtea ſcã fuerit opilatio ꝛ põderoſitas audit⁹ forteſſe coagulatus eſt ſanguis in interiori ꝑte auris: vñ curet cũ diſſolutib⁹ ſanguinẽ coagulatũ. ¶ Dixit Hal. attende. Et ſi ex ſorde fuerit aliq̃ purget ab ea. ¶ Et ſi opilatio fuerit ex humore groſſo: opꝫ caput in ꝓmis purgare. ſ. poſt digeſtionẽ mãe: ꝛ deinde ẽt ad oppoſitũ diuertat mã. Et cere bro purgato aquã auri inſtilla in q̃ pigamũ coxeris ꝛ ſanicu ꝛ cum ꝛ nemanũ. aut ſume caſtoꝛe. ꝛ elleboꝛ. ꝛ croci equalr ꝛ trita vini aceto ſup infunde ꝛ auri inſtilla. Aut licinio ſupduc vel oleũ nardinũ inſtilla: qm̃ humoꝛẽ groſſum qui in aure eſt ſubtiliat ꝛ diſſoluit. Et bõbax intinct⁹ in ſucco vel oleo maioꝛane auri imiſſus ꝓfert. ¶ Dixit Raſ. ʒ° ꝓtiñ. ad obturationẽ auris abſq; doloꝛe ſz eſt ac ſi auris fuerit obturata bõbace. Et nõ ydiomate vocat coſſuꝫ. Accipe de ſucco blitis cũ felle taurino ꝛ ponet aut de oleo liliatio: aut de oleo maioꝛane. ¶ Et Aui. dixit in fctã ab humoꝛe. viſcoſo vel vẽtoſo vehemẽti in q̃ imaginat hõ q⁹ ei⁹ auris ſit obturata cõfert diſtillatio olei de lilio aut fellis taurini in ſucco ſicle ꝛ ſucco ſemĩs canapis ꝛ ſucco cologntide ineſt ꝓpietas iuuãdi ad opilationẽ auris. ¶ Et exꝑimẽtib⁹ ad opilationẽ vẽtoſam ꝛ ſordis eſt licinij ex naſturtio ꝛ baurach ſactũ qđ adhereat auri tribus dieb⁹: deinde extrahat ꝛ egredit ſordes plurima. ¶ Et ex cõueniẽtioꝛibus fortibus ad opilationẽ ſordis ꝛ humoꝛis ꝛ mundificat neruũ auditus ſunt troc. de elleboꝛo albo quoꝛũ deſcriptio eſt hec. ℞. elleboꝛi albi. ʒ. ij. nitri. ʒ. vj. croci. ʒ. iij. cõfringant ꝛ cõtergantur cum aceto ꝛ fiant inde troc. deinde q̃ ſunt neceſſarij ſoluãtur in aceto ꝛ diſtillẽtur in aurem. ſunt enim mirabiles valde. Vapoꝛ decoctionis abſinthij aurem exopilat.

¶ De tinnitu ꝛ ſibilo. Cap. viij.

Tinnitus qui aliq̃n ꝑcipit in aure aliq̃ diꝛ tinnitus ꝛ aliq̃n ſibillus. Et Sera. dixit. tinnit⁹ ꝛ voces q̃ fiunt in aure. Et hec diſpõ. dixit Aui. eſt vox quã hõ inceſſanter audit abſq; cã exterius exiſtente audit. tñ ac ſi eſſet exteri⁹. Et eius cõparatio ad auditũ eſt cõparatio ad viſum imaginationũ ꝛ tenebrarũ quas videt hõ abſq; cã exterius exiſtẽte ad oculũ. ¶ Scias q⁹ tripler aer reperit faciẽs ad auditũ. ſ. aer auri cõplãtat⁹ ꝛ qetus exñs. Et aer vapoꝛoſus ſiue ipſe vapoꝛ in ꝓcauitate a cauernoſitate auris exñs ſicut q reperit in vacuitatib⁹ ꝛ ꝓcauitatibus aliarũ partiũ coꝛporis. Et aer extrinſecus aduenies. ps aũt aeris exteꝛioꝛis q̃ primo mouet nõ ꝓuenit ad auditũ. ſz mouet in circuitu aerẽ ſibi cõtinuũ. Et ſic illa ps prima mota a prima ꝑte mota mouet aliã. Et ſic vltra vſq; ad certũ ſpaciũ quouſq; ꝓuenit ad aerẽ vapoꝛoſuꝫ exñtẽ in aure. Et hic aer exteꝛioꝛ ad tinnitũ cauſandũ: ſz poſſit ꝓcurrere: tñ nõ ſemp cõcurrit: q⁹ ſufficit aeris vapoꝛoſi ſiue ipſi⁹ vapoꝛis inundatio mouẽs aerem quietũ. Et hoc cũ vapoꝛ ipſe eſt mult⁹. Si tñ ipſe vapoꝛ eẽt ita paruus q⁹ ſua paruitate nõ ſufficeret in undationẽ ponere in aere qeto: tunc neceſſario regreꝛet aer exteꝛioꝛ ad inundandũ illũ qui ſz exteꝛioꝛ fuerit. tũc habet ac ſi interioꝛ fuerit: ꝛ tenet locũ aeris vapoꝛoſi inundantis aerem quietum qui motus cauſat auditionem.

Dixit itaq; Aui. qm̃ vocis cã eſt inundatio ſiue motus accidẽs in aere q̃ ꝓueniat ad ſenſum ſcz aeris qeti tunc opꝫ vt ſit in hoc accidẽte. ſ. tinnitu mot⁹ aeris. Et cũ nõ ſit aer ille inundãs exterius. ſ. neceſſario tũc aer eſt interioꝛ. Et aer qdẽ interioꝛ eſt aer effuſus in ꝓcauitatibus aeris. ſ. ſtãs in eis. Et hec inũdatio. ſ. facta in aere intrinſeco ſiue in vapoꝛib⁹ exñtibus ꝛ in vacuitatibus auris. dixit Aui. aut eſt occulta. i. pauca ꝛ debilis a q̃ fortaſſe non ꝓuenit vapoꝛ effuſus in vẽtribus. i. ꝓcauitatib⁹ auris. ſ. ad inundãdũ aerem quietũ: q⁹ pp ſui debilitatẽ non cõmouet nec inundatur vapoꝛ ille vltra cõſuetã inũdationẽ ꝛ motionem quã facit in auris ſanitate. ita q⁹ nõ mouet aerẽ quietũ motu manifeſto: ſz tñ mouet ipm motu occulto. Aut inundatio illa vapoꝛoſi aeris eſt mãifeſta. ita q⁹ manifeſte mouet aerẽ quietũ. ¶ Et ſequẽs Aui. de cauſis tinnitus dixit q⁹ ſi dicta inũdatio fuerit occulta. ꝛ ex gñe eius cui⁹ eũo. i. diſſolutio ad mouẽdũ aerẽ qetũ eſt difficilis. ſ. motu manifeſto: ſed ſolũ occulto. Et accidit mot⁹ eius iſte ſiue tinnit⁹ in q̃buſdam

busdam hoīs. vt audiatur a tali qualis ipse est: qz ab habē
nibus audit? instr̄m debile z sibi sīl'b?. Et nō audiaf in q/
busdā alijs hoīs tūc illud est pp acuitatē sensus in qbusdā
oz. z nō in alijs. Aut fm cōparationē quā dixim? in ima/
ginādo imaginationes. Aut pp debilitatē eius. s. sensus au
ditus quare patitur a q̄libet inundatiōe. sicut accidit debile
frigus z quolibet frigore aut calore a q̄libet calore. Et isto
mō accidit tinnit? ꝓualescētibus z tabefactis. debilitas tū
sensus ꝓcedit a malitia cōplonis alicui?. Et si est dixit. A.
supra occultā z supra illā in q̄ diuersificātur fortis z debil:
tūc cā eius est inuētio ei? q mouet vaporē iundantē ei. s. aeri
geto supra motionē z iundationē ꝓsuetā. Et inūdās vapo
rem aut est vētositas gñata in pte capitis in ipso motu. sup.
aut est aer exterior q motus puenit ad vaporē exīstē i aure.
Aut est sonit? saniei q̄ forsitan gñaf in ea. Aut seruor pur?
in ptib? ei? aut motus vētositatis accītis multotiēs in par
tibus ei? sicut fit in febrib?. Aut repletio superflua in corpe
z ꝓpie i capite sicut fit post ebrietatē p̄imā. Aut est agita/
tio tēdens versus cerebrū z ꝓpie sicut fit post vomitū labo
riosum. Aut cā ei? est casus vel pcussio. Et q̄nq̄ fit pp agi/
tationē motus. imo pp māz viscosam resolutā in vētositatē
paucā z assiduaf illud. s. illa māe viscose resolo. Et q̄nq̄ fit
pp vehemētiā famis. Et illud pp agitationē cadētē in hūo/
ribus grossis sparsis in corpe z qescentib? in ipso. Et cū nā
nō inuenit cibū aliquē cōuertif ad eos z resoluit ipsos i va
porē z mouet eos. Et q̄nq̄ accidit sonitus post medicinas
q̄rū ꝓprietas est vt retineāt humores z vētositates i par
tibus cerebri sc̄z sicut sunt medicine stiptice glutinatiue vel
cōgelatiue z sil'es. ¶ Hal. dixit. sicut ponit 3° ꝓtiñ. q̄ soni/
tus gñaf ex vētositate grossa inflatiua aut teneritate sensus
audit?. i. acuitate vel debilitate ei?. Et cā quare bñs auditū
acutū nō semp pcipit tinitū est: qz nō semp stat tāta acuitas
sensus. neq; forsitan ēt semp stant mot? sonos faciētes. Si/
cut cū bñs acutū visuz pcipit corpa paruissima. ita q̄ ēt va
pores q necessario repiuntur in vacuitatib? oculi: ita bñs
acutū auditū pcipit quēlibet motū aeris geti ēt facti a par/
tissimo motu vapor̄ q̄ sunt itus i vacuitatib? auris. ¶ Et
scias q̄ debilitas est cā sonitus z pcipit rē debil'r ipzimētē:
q̄ sonus fit cū motu locali reali a quo neruus audit? patif
cum ipellif. Sed debilitas visus non est cā imaginationū:
qz receptio specierū in oculo non fit cum aliquo motu reali
local: sed solum intentionali a quo neruus visus non patif
cū ipellif. ¶ Dixit Sera. tinnit? z voces q̄ fiūt in aure. aut
fiūt ex debilitate mēbri audiētis. sicut accidit illis q sanauf
ex egritudine. aut ex acuitate sensus aut ex caliditate q̄ expe
ctaf. aut vētositate grossa q̄ aggregaf z coartaf z resoluit
vel revoluit in radice nerui audit?. ¶ Et Meſ. dixit. fit pp
debilitatē. sicut in ꝓualescētibus z fit pp aduētū crisis. z fit
pp abūdantiā z repletionē superfluā in capite z fit ex ventosi
tate grossa z fit ex coartatiōe humor̄ grossor̄ z viscosor̄.
¶ Et Auer. dixit. 4° colli. maior ps egritudinū q̄ fiunt in
aure est exsufflatio z tinnit? pp intus vētositatis ipulsionē
z inclusionē. Et dī q hoc esse pōt acuitate sentiēdi. Et de/
mōstratio sup hoc esse pōt q ibi nō est signū supabūdanti e
humor̄. ¶ Dixit. A. cā sonitus q̄nq̄ est ex aure ipsa z est p
propietatem z q̄nq̄ cum cōmunitate aliorum mēbrorum
mittentium has ventositates ad ipsam.

Dixit Ser. p. tibi ineſt vt distinguas inter cās ex regimi
ne q̄ ꝓcessit z dispōne fm quā nūc est. Nā si infir
mus visus est gulositate: z secutus est cū malitia digōnis ali/
quotiēs. z comedit cibos q generāt inflationē multam. tūc
voces ille aut sunt ex humiditatib? inflatiuis aut ex humo
ribus. s. grossis z distinguif inter has cās: qz si accidunt in
hora vna z quiescūt in alia. ita q̄ nō sint cōtinue tūc sunt ex
vētositatibus: sed si sunt assidue z sine intermissiōe fm vnā
formā tunc significaf q̄ sunt ex elevatiōe humor̄. s. grosso
rum. Et dixit. sup voces z sonitus q accidūt ex causis alijs
significatio est facilis. ¶ Dixit Aui. illi? q est ꝓtinuus z af/
fiduus cā est aliq̄ stans in cerebro ipso. sup. aut aure: z est
per ꝓprietatē. Si aūt qescit. z deinde excitaf pp repletionē
sc̄z humoralē vel cibalē aut pp vacuitatez aut pp motū aut
cum calor fortis fit sup corpore z maxime sup capite. aut cū
fit frigus tunc est pp cōitatē. ¶ Amplius dixit Aui. forma
vocis siue soni? significat ipm. s. eius cām. Est. n. q̄nq̄ ꝙsi
fit vox ascēdētis ad supiora z plm eius est cū cōitate corpo/
ris aut stomaci aut ꝙsi vox q̄ resoluif sup seipsam: aut quasi
fragor arborū. z significat illud absonionez ventositatis.
¶ Dicūt quidā. q̄n cā corruptionis auditus est humiditas
aut mā humida vaporosa siue vapor eius tunc percipif so
nus debilis. Et ideo imaginaf audire sonātē ex lōginquo:
qz modus pcipiendi sonū ex longinquo est q̄ debil'r perci/
piaf. Et rō predicti est: qz in re humida fit son? debilis. Et
etiā a mā humida surgit vapor debilis z tardi motus q so/
num imprimit debilē. Et ecōuerso vapores sicci sunt sono/
ri z faciūt audire sonos fortes: z faciunt imaginari audire
res ex ꝓpinquo: qz talis est modus iprimēdi soni ꝓpinqui.
¶ Dixit Aui. q̄n eius cōstrictio est fm semitam gñationis
post gñationē occultā cōtinuā tūc est pp humorē viscosuz.
Et sic est illic febris aut dolor ꝓducēs ad tremorē significat
corruptionē purulentam. s. q̄ parata est eruptioni. ¶ Dixit
Hal. sicut scribif 3° ꝓtiñ. significaf sup eo q est ex teneri sen
sus: qz laborans est māe velocis sensibilitatis z teneritatis.
¶ Dixit Al. fortasse ꝓtingit ex subtilitate sensus auditus z
eius claritate. cuius est signū: q̄ in tpe famis augef z in ho/
ra ebrietatis z satietatis minuif. ¶ Et Aui. dixit. illū q̄ est
ꝓpter sensus acuitatē significat defect? cārū vētositatū z re
pletiōis. s. humoralis vel cibalis. Et mūdificatio audit?. i.
instr̄i ei?. Et excitatio ei? apud ieiuniū z vacuitatē. s. ab hu
moribus z cibis. nā in ieiunio nō ꝓmouef vapor: qz hēat ipe
dire auditū. ¶ Et dixit. fact? a siccitate accidit post eūones
z febres. s. exiccātes. ¶ Et fact? a debilitate scif pp supflui
tates. s. cāx: qz pp supuentū cārū q̄ ipsarū vehemētia z sup/
fluitate deficiūt virtutē. z dixit qui est cū cōplexione calida
fit subito z cū inflāmatione. Et qui cū frigida fit ecōtrario.

Cura facti ab acuitate sensus dixit Al. medicina nō
indiget nisi superfluitatē obtineat: tūc em̄
de opio dissoluto in oleo iniittēdū est quātū duo grana or/
dei ponderant. parūper em̄ stupefacere confert. Ulñ Hal. vt
scribif 3° ꝓtiñ. dixit iponaf auri gutatim de succo iusquami
z oleo rosato. idē operaf succus mādragore. ¶ Dixit Aui.
in facto pp velocitatē sensus. i. acuitatē: z subtilitatē audit?
sunt quidā hoīes qui incipiūt a stupefacientibus. al's preci
piunt vtendū esse stupefactiuis. sicut oleo ros. decocto cum
aceto: cui? esset p̄dictū est cū pauco opio aut mirto cū oleo
de bengi z iusquami cocto cū castoreo. Sed dixit. ipse cōue/
nientius q̄ō preceperūt est vt sumant grana pini z castoreū
cū oleo z terant cum aceto z distillent in aurē. Sera. tū di/
xit cū aceto solo. h̄ em̄ est ꝓueniētius: qz hoc medicamē nō
stupefacit: z hebetat virtutē auditiuā. vñ non pcipit quod/
cūq̄ iprimēs. Et hoc resoluit si qd de vapore esset in aure q
esset cā illius. ¶ Dixit Sera. si sunt voces pp crisim q̄ expe
ctaf nō opz vt curef cū aliquo. ¶ Dixit. A. creticus opz vt
non moueaf: q̄n remouef cū remotiōe febris. ¶ Et dixit
Raſ. 3° ꝓtiñ. accidēti cū febre. i. in febre nulla fiat curatio:
q̄n mitigabif cū mitigatione febris q̄ si durauerit post fe/
brem calefiat auris cū aqua calida in qua coctū fuerit absin
thium. ¶ Inquit Meſ. dixit filius Zacharie. si fuerit soni
tus pp debilitatē succedentē febrē distillef in aurē de deco/
ctione absinthij cū oleo rosa. Et dixit Meſ. cura eius est cū
re sumptiuis z addētibus ad virtutē corporis z regimē cō
ualescentiū. ¶ Et Aui. dixit. factus in ꝓualescētibus curaf
cū nutricatione z humectatione. z hoc ꝓpie si in cā ei? fue
rit siccitas: z cū oleis tēperatis declinantibus ad caliditatē
vel siccitatē fm necessitatē. si vero cā eius fuerit debilitas. s.

cura facti ab acuitate sensus.

cura facti ꝓpter crisim.

cura facti in cōualescentibus

Dieta in oib° alijs ꝓbus ꝓter dicta.

auditus tūc administra ea q̄ temperāt cōplonē accidentalē que est cā ipsi⁹ debilitatis ex distillationib⁹ ꝛ alijs p̄dictis. ¶ In oibus aūt alijs spēbus eius de dieta.dixit.A. opz vt omnes isti vitēt solē ꝛ balneū ꝛ motū laboziosuz ꝛ vomitū ꝛ clamozē ꝛ repletionē ꝛ vt oēs leniant nās suas. ¶ Dixit Guil. abstineāt a vino puro ꝛ fumoso nouo vel veteri ꝛ a leguminibus ꝛ pozris ꝛ nucib⁹ ꝛ filibus. ¶ Alm̄. dixit. cibaria minuēda sunt ꝛ vinū dimittendū. ¶ Arist. 3 2ª pzo bleumatū. pbleumate 9°. quesiuit pp quid in aurib⁹ sonus existēs sicut est in patiētibus tinnitū ꝛ sibillū. si qs sonuerit id est magnū sonū fecerit i aure patiēte cessat ille sonus. Et dixit. cām esse: q̄ sonus maioz repellit minozē. ꝛ pp hoc medici in auribus taliū patientiū p̄cipiunt cōclamari. ¶ Dixerunt quidā. q̄ res cōcaua vt cornu posita supza aurē patientem tinnitū sanat ipsam: q̄ aer cōtentus in illa remouet cōtinue. quare sanat tinnitū. ¶ Cura vō per potionē in tinnitu ꝓueniente ab humoze grosso siue sit p cōitatē siue p pzietatē humoz digerēdus est: ꝛ euacuādus ꝛ diuertendus cum eis q̄ ꝓueniunt. Si fuerit cū grauedine capitis ꝛ auditus. vēter pillulis cochijs multotiēs ē soluēdus. Et Meſ. dixit. cū ÿera dyacologntidos ꝛ cochijs ꝛ silibus eūo fiēda est cū iteratione ꝛ iteratiōe. Et postea deueniēdū est ab embrocationē ꝛ fumigationē cū traiectozio ꝛ similia. ¶ Dixit Aui. in eo q̄ fit pp cōitatē opz vt intentio ei⁹ curatiua sit intentio mēbri facientis ipm ꝓpzie stōi: quare mundificet. s. stomacus vel mēbū aliud faciēs vel corpus totū cū eo qđ cōuenit. Et cū hoc dixit. ipse intendat cerebzo ꝛ auri. quare confortet cerebzū quidē cū aliquo qđ sit sicut oleū amig. ꝛ similia. Et ꝓsideret in hoc ad cōplonē primā. i. q̄ principal̄r facit tinnitū. Et attendat ad illud qđ adiuuat ipsam. i. destruit ipsam ꝑm cañ. notos. Et dixit. sil̄r factū a replone scz curet replo p̄ius. opz ergo vt mundificet corpus ꝛ caput cū eo qđ ꝓuenit. ¶ Et dixit Aui. in facto pp māz expulsaz ad aurē in dispōne sirsen aut pp humoz grossum viscosum defluxū ad aurē administra ea oīa que dicta sunt in cura doloris vel apatis auris ꝛ in cura tarren. Et dixit. ex eis aūt q̄ pzopzia sunt illi q̄ succedit sirsen ꝛ febzib⁹ ꝓpzie succus absinthij cū oleo roſ. aut cū aceto ꝛ oleo de lilio: qm̄ est medicamen bonū. ¶ Serapio. aūt dixit. ablue aurē cū decoctione absinthij. deinde infunde in eā acetum cū oleo roſ. ꝛ elleboz̄ nigrum cū aceto. Et dicunt quidaz. vapozatio aceti soli⁹ sanat sonitū. ¶ Dixit Meſ. in facto a vētositate grossa conferūt caput purgia ꝛ sternutationes post mūdificationem radicis. s. humoris peccantis in quacūq; parte corpis fuerit. Et cōferūt post mundificantionē distillatiōes nothe. scz ad carminandū ꝛ resoluendū vētositates ꝛ humores si q̄ in auribus remāserint. Et de valētibus in hoc debilioribus sunt oleū de lilio vel de narciſco vel ÿreos. Dixit Hal. oleū lilij auribus instilla aut nardinū aut costinū. Et cōfert oleū keyrinū ꝛ sambacinū. Et oleū de amig. a. ꝛ de nucleis perficozū. Et fortiora p̄dictis sunt oleū rutaceū. oleū rafani oleū de sinapi ꝛ silia. ¶ Dixit Meſ. fiāt distillatiōes ꝓpzie cū oleo ꝛ alkanna ꝛ modico euforbij aut oleo rutaceo ꝛ castoreo. ¶ Dixit Alm̄. oleū rafani ꝛ de amigō. a. ꝛ rosa ꝛ tum in quo euforbiū fuerit dissolutū sunt imittēda. ¶ Dixit Hal. vt scribit 3° ꝑtiñ. Curet factus ex vētositate inflatiua: cū eis q̄ attenuant ꝛ incidūt. i. remouēt vētositatē. Et pone guttatim in aure de succo cucumeris asinini ꝛ de elleboro nigro cocto cū aceto. aut de succo porroꝝ cū oleo roſ. aut de oleo laurino aut oleo muscellino. aut de oleo in quo cocta fuerit pulpa cologn. ¶ Dixit Serap. tere euforbium cū oleo amaracino aut de alkāna ꝛ distilla in aurē aut castoreū cum oleo rutaceo. Et cōferunt vapozationes ad aurem. ¶ Dixit Al. auris supza aquā in qua sanſucc⁹ ꝛ sticcados arab. absinthiū mentastrū ꝛ origanū cocta sint ponēda est. ¶ Dixit dyaſ. coque rutā in aqua ꝛ pone aquā ipsam in vase eneo stricti orificij ꝛ obturet os eius cū lana: ꝛ appzopinquet auri vt penetret qđ ascēdens fuerit de vapoze ad lanā ꝛ perueniat ad aurē. ¶ Dixit Sera. cōferūt illis qui leduñt ex vētositatibus grossis in aure vapozationes aque in aqua decocta sunt anetū camomilla mellilotū folia lauri calamētum ꝛ origanū ꝛ sanſuccus: qñ tu facis bullire ista in cucuma ꝛ ponis in ea cannulā arūdineā ꝛ coopis in circuitu cānule. Et ponit infirmus aurē suā sup foramen cānule donec egredit̄ totus vapoz ad aurē. Et post illud distilla in aurem oleū rafani calefactū aut aliud sil̄e aut castoz. cū oleo de lilio aut succū rute siluestris cū melle. ꝛ dixit. si in aure est tonitus terimus gariofili masculi quātitatē. ʒ. ʒ. cū dauich. i. de musco ꝛ miscemus cū aqua sanſuci ꝛ distillem⁹ in aurē. ¶ Dixit. Meſ. in facto ex coartatiōe humoꝝ grossoꝝ visco soꝝ cōfert nitrū cū melle ꝛ aceto ꝛ oleo de ben. ꝛ castoreo. Et confert oleū rafani cū oleo roſ. succo porri ꝛ castoreo ꝛ felle ouiū. Et dixit. vnguentū ex inuētione nr̄a conferens sonitui ꝛ grauedini auditus pp ventositatē grossam ꝛ mām frigidā grossam. ℞. ell̄i albi casto. costi. aā. ʒ. j. ruteni tri piperis lōgi. aā. ℈. ij. euforbij. ℈. j. deinde accipe succi radicum q̄ cōmēdunt ꝛ succi porri ꝛ olei nardini ꝛ camomelini ꝛ de amigō. a. ꝛ anetini. aā. ʒ. j. coquant ad succoꝝ consumptionē ꝛ cola ꝛ vtere. ¶ Ingr Paul. si fuerit absq; pondere ositate stude in vaporationibus q̄ dispergūt vētositatē. sicut cū decoctione origani ÿsopi asce sisimbrij sanſuci ꝛ similia. Et cōfert si supponat auri vesica plena aq̄ calida. Et sedat tinnitū fumus de ÿsopo cōbusto receptus ad aurez ꝛ vtil̄r remouet tinnitū fumus factus de stipitibus sabarum. ¶ Dixit Horō. vz fumigatio betonice ꝛ foliorum lauri. Et de vtilibus est euforbiū cū lacte canino iniectū ꝛ castoreum in succo cepe ꝛ porri ō coctū iniectū. Et dicūt qdā. q̄ adeps ranarū instillatus in aurē statim tinnitū tollit. ¶ Et de vtilibus in vētositate grossa est qđ recipit succi cepe. succi maiorane fellis vaccini succi rafani. aā. ʒ. j. bulliāt in eis euforbij ꝛ pinguedinis castor. aā. ℈. j. ell̄i albi ꝛ nigri costi piperis lōgi nitri myrrhe sinapis. aā. ʒ. ʒ. deinde addant olei de scorpionib⁹ olei nardini. aā. ʒ. ij. ꝛ iterū bulliant ad cōsumptionē succoꝝ colla ꝛ mitte in aurē. ꝛ cōfert sola aqua sublimationis rafani vel rafanide. Et de mitigantib⁹ tinnitū est acetū in quo cōtritū fuerit castoreū ÿsopus ꝛ iusquamus albus. ¶ Dixit Aui. ex medicinis cōibus aggregatis ꝛ expertis ad illū qui est ex debilitate ꝛ opilatione ꝛ humore est vt sumat gariofili ꝛ seminis pozri. aā. ʒ. ʒ. ꝛ musci dauich. i. ꝛ distillent in aurē cū aqua sanſucci ꝛ rute aut cū vino ꝛ cuz decoctione foliorum pini: ꝛ cū decoctiōe foliorum arindar. i. buxi arboris ꝛ decoctione foliorum lauri. ¶ Et dixit quidaz. de sapientib⁹ medicoꝝ dixerūt nō est aliqd ꝓferēs sibillo q̄m̄ medicamē alfandēgi dictū ad memoziā. nā ipm ē magis iuuatiuū qđ creauit de⁹ ad illū. ¶ Dixit Pau. ad tinnitū ātiquū de hūore viscoso cui⁹ significatio hr̄: q: erit modie⁹. ℞. ell̄i albi croci cast. aā. ʒ. iij. nitri. ʒ. x. vtere eis cū aceto. ¶ Dixit Al. ad diuturnos auriū tinnit⁹ mirabile. ℞. euforbiū ꝛ dissolue in oleo caprino ꝛ vtere. ¶ Et dixit Pau. ad sonitū vehementē terank castoz. ꝛ iusquamus al. loliū cū aceto. ꝛ ipo naſ de ea in aure guttatim. ¶ Quidaz passus est sibillū ex ōbilitate cerebzi ꝛ auris ab hūore melico: pp quē patiebat multas ꝛ varias cogitatiōes ꝛ disponebat ad melā. Et curat⁹ fuit digerēdo māz cū ſyrupo q fic fit. ℞. boraginis buglosse endiuie mellisse. aā. M. j. capillorum ve. scolopē. aā. M. ʒ. radicū feniculi petro. acozi. liqric. aā. ʒ. j. sticados florū boraginis semis feniculi. anisi cinamomi. aā. ʒ. iij. folliculoꝝ scene. ʒ. ij. zucchari li. j. fiat ſyrup⁹ ꝛ post digōnē cuando cū diascene ꝛfortato cū. ʒ. ʒ. lapidis lazuli. ꝛ turbit. ʒ. ij. ꝛ zin. ℈. j. ¶ Postea semel in septimana purgat⁹ fuit eū electuario qđ fic fit. ℞. corticū kebuloꝝ ꝛ indoꝝ. aā. ʒ. j. ʒ. rectuarij qđ fiat. ℞. cortic̄ū kebuloꝝ ꝛ indoꝝ. aā. ʒ. j. ʒ. rectuarij qđ fic fit. ℞. cortic

ꝑ velis apparet dulcis. deinde. ℞. de dicto puluere. ʒ. ſ. ſiluerb̃ electi folliculoꝝ ſcene. aii. ʒ. ij. cinamomi ſandaloꝝ cinamoꝝ ⁊ xiloaloes. aii. ʒ. j. zucchari li. j. Et ſumant ex ea in matutinis ꝑ internalla ſine potu. ¶ Et dieb⁹ qbus nō reci pitur de dicto electuario recipiebat de alio qō ſic fit. ℞. pi rorū mundatarū. ʒ. ij. ſemis cucurbite ⁊ paſſul. aii. ʒ. ſ. pe/ talarū candoꝝ violatoꝝ. añ. ʒ. j. xiloaloes cinamomi. aii. ſ. macis corticū citri zedoarie dozonici ſirici crudi coral/ lini rubeoꝝ dragaganti gūmi arab. aii. ℈. ij. zinzi. gar. nar/ cardamomi croci. aii. ℈. j. florū boragis ⁊ bugloſſe been albi ⁊ rubei ſandaloꝝ citrinoꝝ. aii. ʒ. ſ. zucchari diſſoluti in roſ. infuſiōis acozi. li. j. ſ. fiat electuariū cui⁹ dooſis. eſt. ʒ. ij.

¶ De attritione auris ſeu conquaſſatione ⁊ pruritu ⁊ tre/ more ex magnis vocibus. Cap. ix.

Tritio ſeu cōquaſſatio aut puenit ſolū ad cartilagines exteriozes tm̃ aut puenit ad aſar nach iteri⁹ ⁊ os petroſū. Et de iſta dixit Aui. viſum eſt Ipo. q̃ nō curet cū aliquo: qz ad eā ſeq̃t dolo: fortis ⁊ ap̃a. A qb⁹ tpe Ipo. nō euadebāt. Sz dixit Aui. illis q̃ ſue/ rit poſt ip̃m viſuz eſt vt curet. Et ex eis qb⁹ ipſi curauerūt ei eſt vt ſumant acatia ⁊ myrrha ⁊ thus ⁊ fiat ex eis linimē tum cū aceto albumine oui aut medulla panis cū melle. Ju hoc em̃ medicamie eſt repcuſſio ⁊ doloris ſedatio. Cū h̄ tñ ꝑ mā diuerti ne fluat ad aurē oibus modis q̃bus mā eūat vel ad diuerſum trahit. ¶ De attractiōe aūt cartilaginū. di xit Raſ. ꝑ ptiñ. ꝓfert myrrha aloe thus ⁊ ceruſa plūbi q̃ liniſ cū eis. Et de pueniētibus cartilaginibus auriū attri/ tis eſt myrrha mixta cum carne limaciarum ſuper appoſi/ ta aut aloes vel olibanum cum vino mixtum vel oleo.

Cum aūt accidit auri pruritus. dixit. A. ſumat aqua abſinthij ⁊ fundat in aligbus oleis. ſ. cōue nientib⁹ ad hoc. Aut buliat abſinthiū cū oleo ⁊ diſtillet in aurē q̃ in aurē diſtillat guttatim aq̃ in q̃ diſſoluta ſūt ſic⁹ facce trite cū ſinapi ꝓfert pruritui ⁊ ēt ſibillo. Et ꝓfert terbē tina ſm̃ ptes eq̃les mixta cū melle ⁊ oleo amig. a. ⁊ fel ouis bullitū i cortice granati aurib⁹ inſtillatū cōfert pruritui.

Tremor vō qui accidit aurib⁹ ex vocibus magnis ⁊ ſiſilibus vt tonitruis. dixit. A. puenit ex debi litate virtutis animalis que eſt in cerebzo aut que venit ad ip̃m. Et curatur cum eo qō confortat cerebzum.

¶ De aqua igrediēte aurē: ⁊ alijs eādē igrediētib⁹. Cap. x.

Qua que effundit in aurem ⁊ in ea mozās putrefit ⁊ putrefacta ledit eam vehe/ mentem inducendo dolorem: ⁊ aliqñ apoſtema ⁊ ꝓprie in radice auris.

Et cura eius. dixit Sera. ē ſuctio cū cā/ nula. Et poſt ſuctionē diſtillet i aurē oleū de amig. ⁊ auelanis. Et dixit fundat de aq̃ illa in aurē donec tota repleat. deinde iuerſet auris cū velocitate ⁊ excludet tota: aut imittat radius ſubtilis i aurē aure exi/ ſtēte reuerſa ⁊ cōmoueat caput ſuū frequēter ⁊ deſcendat p gradus velocit ⁊ tuſſiat ⁊ ſternutet: qm̃ iſta faciūt egreſſio/ nē aque faciſ. Et dicūt qdā cū ſternutare vult claudat os ⁊ nares. ¶ Dixit Hal. vt ſcribit ʒ° ꝓtinē. ponat pes ſupra q eſt a pte auris infirme ⁊ ſugat cū cānula. deinde iponat au ri guttatim de oleis aromaticis. Et excitet tuſſis: qm̃ emit tat aquā ex aure. Sit aūt cannula argētea vel de pēna anſe/ ris. ¶ Dixit Meſ. cura fit ſm̃ vnū triū modoꝝ. Aut em̃ fit ingeniatione quā ſequit eūo eius: ⁊ pficit cū tuſſi aut ſter/ nutatiōe apprehēdēdo os ⁊ nares. Aut effundēdo in aurez aquā donec ipleat: ⁊ deinde inuerſet cū velocitate dōec ex/ cludat aqua tota: ⁊ imittat radi⁹ ſubtilis aure exiſtente ſic inuerſata: ⁊ ꝓmoueat caput ſuū frequēter vt deſcēdat p ra/ dīū velociter. aut tuſſiat ⁊ ſternutet: qm̃ ſic fit egreſſio aq̃ ſa cilis. ¶ Sed a res eſt attractio aq̃ ⁊ pficit cū ſuctionibus ⁊ medicinis q̃ attrabūt aquā efficaciter ſicut ſunt ſpōgia ma/ rina imiſſa i aurē ligata cū filo vt faciſ fiat ei⁹ extractio aut fruſtū medulle ſambuci. Et ex iſtis ē cānellus q̃ iponit in aurē ⁊ fiat ſuctio ꝑ ip̃m aut imittat extremitas cānullaris. ⁊ ꝓprie iſtā qō attrahit qñ ſubito reliq̃t ei vacuū. ¶ Ter tia res eſt reſolo aq̃ ⁊ pficit cū ingeniatiōe q̃ fit aq̃ reſolo cū facilitate. ⁊ eſt vt accipiat cānellus aneti ⁊ inuoluat ſup vna extremitatū ei⁹ cotū. ſ. vſq̃ ad tertiā partē ip̃ius. Et alia ex tremitas mittat in aurē. ⁊ circūdet ei aliqd ex coto vt figil/ let in fozamine auris. deinde ſup alia extremitate accendat ignis. Dicūt qdā. q̃ iſta extremitas dz eſſe pri⁹ ſubmerſa in oleo. reſoluit. n. ſic aq̃. ¶ Quidā aūt faciūt h̄ ō papiro cui⁹ vna extremitas vſq̃ ad mediū ibibat oleo ⁊ altera ps rema/ neat ficca q̃ i aurē mittat. ps vō oleo ibibita remāeat foris ⁊ accēdat. qñ attrahet aquā ⁊ ꝓſumet eā. deide dixit Meſ. iſtillet in aurē oleū roſ. tepidū inſtillatiōe poſt iſtillationē. ¶ Dixit Raſ. in diuiſionib⁹. fit dolo: in aure ab aq̃ intrāte in eā. ⁊ ex aq̃ balneoꝝ quoꝝ virt⁹ eſt medicinalis. Et diſtil latio albugis ouī ⁊ lactis mulieris: qñ hec oia ſunt iuuati/ ua. A. aūt dixit. qñq̃ excutat ab ea q̃ parua ē effuſio oleoꝝ aut lactiū tepidoꝝ ꝓtinue: ⁊ ꝓprie qñ remanet dolo: remo/ ta cā. ¶ Axx. aūt ʒ²ª. ꝑblcumate. xj. q̃ſiuit. ꝑp qd ſi aq̃ i aurē fundit ſup in fundūt oleū. Et dixit. cām eſſe: q: oleū ſit ſu pnatās aq̃ ⁊ alijs liq̃ribus ꝑp vnctuoſitatē ⁊ acreitatē ſuā. Et cū h̄ eſt viſcoſum: ⁊ cū viſcoſitate ſua adheret alijs liquo ribus ⁊ ſubleuat ⁊ attrahit ad ſe. Cū ergo oleū poſtea extra fundit. alius liquo: ip̃m ſeq̃t ⁊ egredit. ¶ De ſup̃dictis modis extrahēdi aquā ab aure. dixit. A. iponat auri embu la. i. cānulla ⁊ ſugat aut extrahat ſubito. deide effundat in eā oleū amig. oul. Et q̃ñq̃ extrahit eā tuſſis aut ſternutatio aut liciniū aut lignū de aneto aut ſciſſio papiri ſm̃ quātita/ tem vni⁹ palme: ſup cui⁹ vnā extremitatū quantū eſt tertia ſui inuoluat de coto ⁊ ſubmergat in oleo. Et igenioſe alia extremitas in aurē mittat ⁊ iaceat patiēs. Et extremitas in q̃ eſt cotū inuolutū inflāmet igne ⁊ dimittat inflāmari vſq̃ q̃ ꝑueniat calitas ad interiora auris: ⁊ tūc extrahat ſubito: q̃m̃ ſubito egrediet cū ea qō ē i aure de aq̃. Et q̃ñq̃ egredit cū ſeliz atozio. Et oia empta reſoluētia ⁊ dēſiccātia ꝓueniūt i reſolone ⁊ ꝓſumptiōe aq̃. ¶ Dixit. A. ſi dolet vehementer euapozet auris cū corticib⁹ papaueris melli⁹ oto camomil/ la violis ⁊ malua ſemie lini ⁊ farina ordei cū lacte mlieris.

Lapillos aūt ⁊ grana vel ſemina ⁊ ſiſilia intrātia aurē educūt res multe. Dixit Hal. vt ſcribit ʒ° ꝓti. ad lapidē ⁊ fabā ⁊ alia igreſſa aurē mittat in aurē aliqō inſtirm cū lana ſup eū inuoluta infuſa in terbē/ tina vel viſco ⁊ ſiſib⁹. ⁊ extrahat cuz eo. q: adheret ei: ⁊ ſic egredit. Qō niſi egrediat ſternutatio fiat ⁊ obturent os ⁊ nares ⁊ extēdat auris: qm̃ egredit. Et fiat hoc ꝑſies. Qz ſi ide fiat ap̃a. dixit Hal. dubitādū eſt de ſpaſmo. vñ ꝓcede cū mollificatiōe toto ſtudio. Et ait Raſ. iponat oleū ītus ꝑ no cte vnā deide igrediat balneū ⁊ caleſiāt aures cū aq̃ cala do nec rubeāt ⁊ lenificent bū. Deide fiat ſternutatio cū fortitu dine: qm̃ ap̃liabit loc⁹ ⁊ egredit. Sz tū qñ ſternutatio fit reſtrigi ōbet os ⁊ nares vt emittat vētoſitas ex aure. ¶ Di xit Al. h̄ ꝑ paruo nō bēat: ⁊ ꝓcipue ſi fuerit res malā hūs q̃litatē: ex ea nāq̃ grauis ſeq̃t dolo:. Et dixit. oleū tepidū i mittēdū eſt. Et patiēs igrediēs balneū i eo mozā faciat do/ nec corpus mollificet. deide in nares inſufflet ꝓdiſi. Et te/ neat anbelit⁹ vt ſternutatio ſequat. fortitan. n. ſic egredit. Si aūt fuerit difficile: ⁊ nō egredit erit neceſſe vt cū ferro au ri imiſſio extrahat. vñ qdā conant cape rē illā cū tenaculis acutarū extremitatū. Et ſi ſic nō p̃nt illā extrahere incidunt in radice auris ex pte molli donec ꝑueniūt vſq̃ ad rē illā ⁊ extrahūt. deinde curāt vulnus ſicut opz. ¶ Dixit Sera. ad lapillū ⁊ alia corpa parua q̃ cadūt in aurē. accipit ſtil⁹ ſub/ tilis capitis cū inuoluit ſup ip̃m lana ⁊ imergit in melle gū/ mi glutine vel pice ſiſibus reb⁹ adherētib⁹. egredit em̃ cū eo. Et ſi tibi poſſibile eſt extrahe illud cū tenaculis parue:

riozi capitis cū aqua tepida z succis būidis tepidis. ¶ Et
dixit Meſ. qñ accidit ex humiditate grossa viscosa replē
te lacertos eius extēdente eos ſm latitudinē z abbreuiante
a longitudine. ¶ De cura. dixit Aui. nō elongat cura bu/
ius in cañ. a cura spasmi vniuersalis. Sed curatio eius pro
pria est vaporatio spondiliū colli cū eis q̄ sunt sicut camo/
milla corona regia z anetū: sigillatim vel cōiunctim. ¶ Et
Raſ. dixit z° continē. intendendū est collo in primis z spō/
dilibus eo cū decoctione corone regie: z camomilie z ēt cū
folijs eaz. ¶ Dixit Meſ. cura est eadē cum cura spasmi ex
humiditate: z mollificationis lingue preterq̄ opz vt in hac
medicinas incisiuas p̄cedant medicine maturatiue sicut p/
prie vaporet in primis radix colli z collū ipsum cum eo qō
est sicut camomilla z mellilotū anetū sanſuccus sqlla z silia
z gargarismata fiāt cū aquis z oleis eoz: deinde paulatine
deueniat ad fortiora. ¶ Dixit. A. spasmus lingue qñ fa/
cit accidere nocumētū in sermone. z dixit. qñ non qz non
semp faciat nocumētū in ea: sed qz nō sp idē nocumētū facit
qz qñ destruit sermonē. qñ diminuit z qñ corrūpit.

¶ De magnitudine lingue. Cap. xv.

Agnitudo lingue. dixit. A. qñ fit a
sanguine dñante z qñ
ex humiditate plurima flātica excitatiua. i. in/
fusiua z ibibita. Et qñ magnificat plurimū
ita vt egrediat ex oze z nō capiat eā os. z dicet
de ista in capīo apatis eius. ¶ Et dixit curat
sanguinea z facta ex mā calida si assiduet eius fricatio cum
rebus icisiuis acetosis stipticis sicut rob z acetositas citri.
sup. tu premissa flōmia cefalice. z deide venaz que sunt sub
lingua. ¶ Et curat facta ex humiditatibus si assiduet frica
tio eius cū sale cepis z aceto post eūones. ſ. corporis z capi
tis iteratas ſm exigētiā. Aut accipiat piper z longū piper
zinzib. z salgēma z terant bñ z fricet cū eis lingua q̄re re/
uertet ad mēsurā suā z ingredietur qō ex ea exiuit. Et est sic
cura mollificationis z fricet cū puluere zinzib. z piretri. Et
gargarizet vinū dulce cū decoctione ꝓneos dactiloz carica/
rum z passul. Aut oximel cōpositum vel squilitic cū cū sapa.

¶ De abbreuiatione z longatione lingue. Cap. xvj.

Ecidit lingue qñ vt abbreuiet z ligat
ita vt non possit elongari ad recte
loquendū. ¶ Dixit Aui. qñ accidit cōtinua
tioni ligamēti q est sub capite lingue z extre/
mitati eius abbreuiatio z nō pmittit linguam
dilatari. Et qñ accidit breuitas lingue ſm se/
mitam spasmi. Et dicta est cura eius supra suo capitulo.

Cura vero eius que est cā abbreuiationis ligamenti. di/
xit Raſ. z° ꝯtiñ. q illa ligatio remouēda est cū stu
dio z cautela ne in curatione pueniat incisio ad venas que
sunt sub lingua ne excitet emissio multi sanguinis propter
quam cām multi prohibuerunt q nō fiat cum ferro. Et iō
docuerūt curare eam sic. subleuanda est lingue extremitas
cum instrō vtili facto ad modū hamiz deinde interponenda
est quedā acus in ligatione ipsa z restringēda est circūcirca
donec incidat. Aui. aūt dixit. Cura est incisio illiꝰ ligamē/
ti ex latere extremitatū eius parūper. Et tunc succurre loco
cum dragaganto adusto vt restringat sanguis z vt reflectatur
ad superiora palati: vt egrediat ex oze scz sanguis. Et dixit
si non audes incidere ipsum cū ferro pauendo z timēdo ef/
fusionē sanguinis plurimi trāfit ad hoc vt intromittas sub
ligamento acum cū filo z disrūpit ipsum absq incisiōe. Et
pone super mēbrum que phibeant conglutinationem sicut
sunt medicine cauterizātes attractiue. Et dixit. si subtiliat
scilicet medicus in incisione cū cautela venarū que sunt sub
lingua ne aduenient eis incisio non aduenient cursus sangui/

Cura hu/
midi.

nis.plurimi. ¶ Et scias q̄ fricare linguaz cum folijs saluie valet grauitate eius z pueris loqui differentibus.

¶ De apostematibus lingue z pustulis eius. Cap.xvij.

Lingue signa dixit Auí. qñq̄ accidunt apata calida: z quādoq̄ mollia flātica z qñq̄ dura z cancer. Et qñq̄ apostemat lingua ꝓpter potū venenozū z fungozum z opij. vniuscuiusq̄ humoralium nota sunt considerāti in signis apostematum aliozum membrozum.

Cura calidi. Becura calidi.dixit Meſ.curat in principio regimine cōmuni ex flōmia cefalice.deinde venarum que sunt sub ligua. Et si oportet fiat postea scalpellatio sub mento: z venter soluat cum aqua fructuū scz solubilium et administrentur deinde gargarismata z collutiones oris cū aque rosata z aceto: aut cū succo solatri z aceto z similibus. Postquā aūt transierit tps principij administrandū est oxymozon cū aceto decoctionis foliozū oliuarū. Et in rob.mirti est impressio bona. z ꝓprie cum sirupo rosato puro. Et si res vltra pcesserit administrandū est rob mozozū cum rob id est sapa aut rob cum melle roſ. ¶ Et Sera.dixit.administra flōmiā cefalice in primis. Et si vocat necessitas ad scindendū venas que sunt sub lingua incide eas. Et post illud administra medicamē solutiuum vt educat humoz nocēs. Et si apa non quiescit cum his vtere gargarismis ex succo solatri aut arnoglosse: aut virge pastoris. Et si non quiescit fac gargarisma ex decoctione lentiū z rosarum liquiri.corticum granatoꝝ z ordei. ¶ Et Auic.dixit.curat in primis cum flōmia z solone ventris. Et solutio vētris melioz est q̄z vomitus: q: vomitus adducit mās supra locum apatis. Et qñq̄ non excusat a flōmia venarum q̄ sunt sub lingua: deinde teneat in ore suo cū est principium apatis succum endiuie.aut lactuce ꝓprie ipsa enim habet proprietatē in omnibus apatibus oris z gutturis aut succū epatice aut solatri z succū solatri aquā roſ. Et dixit.fricet cum persicis humidis: q: sunt vehementis iuuamēti ad illud. ¶ Et Hal.dixit si apa calidum sit.cefalicam minue: z corpus si repletum est solue cum decoctione scz fructuum cōfortata cum yerap. z propina illi aquā granatozum z citruli vel melonis. Et iube eum sugere aquā roſ. z rerū frigidarum stipticarū quouscq̄ tres trāsierint dies. Et post hec aquā peponis sugat in tube z caquenegi z solatri z caulis: z eas gargarizet cū spuma seminis psilij. Et dixit.cū morbus declinauerit gargarizare aquā in qua camomillā maioranam z violas siccas et similia coxeris in qua fricaueris modicū cassiefi. ¶ Et.A. dixit.si non resoluit z non aperit indiget ad vltimū maturatiuis resolutiuis qbus fiat gargarisma sicut melle cū lacte: z sicut est decoctio radicū lilij ficuum z fenugreci. Et decoctio passul. z feniculi. ¶ Dixit Hal.si acciderit q̄ apa in lingua in saniē conuertat hunc patientē oportebit alternis horis sugere z masticare aquā in qua ficus decoxeris siccas cum modico oleo viol. z seminis psilij spuma z similiū que apostema maturāt z erumpere cogunt. Si tamen apa leue est z non magnū: sufficit maturationi eius aquā calidam et viol.oleū ore continere. ¶ Dixit Hal.hoc apostema si in radice lingue sit nisi sit visibile: z non habeat propriā eminentiam.non est de consideratione cyrurgici. Et dixit post euacuationez z diuersionē emplastret gula a parte exteriori cū radicib⁹ altee preparatis z farina seminis lini z fenugreci z butyro: z vngat prius oī die bis cū oleo camomillino. Et aspicias in os z si videris eminentiā z fit in ea sanies aperiam cum flōmo. ¶ Dixit Haly.erupto apate appone bombacem cum oleo roſ.donec purgef. z deinde appone vnguētum ceruſe. Et Auí.dixit.si aperiat administrentur stiptices in ore sicut decoctio sumach mirti z lentiū foliozum olive z vinū ponticum. Et q̄ñq̄ valet ad illud vnguentū factū ex succo solatri oleo roſ. z lentib⁹ excorticatis z roſ. ¶ Dixit Meſ.si apostema frigidū fuerit soluat venter cum cochijs aut yera. Deinde administrent gargarismata z colliones cum rob mozozū z rob.in principio: aut cum rob. melle roſ.deinde cum modico almuri vel sinapis. ¶ Dixit Serap.si est apa molle: q: flegmaticū administra in primis potū pillularum cochiarū Hal. z yera.donec mundificetur caput ex humiditate flātica z humiditatibus. z post illud da yeras magnas. Et postea cōferunt iuuamentū magnum gargarismata assidua cū yerap. z sinapi z staphisagria. zinzib.origano piretro orticibus radicū capparis myrrha et similibus. ¶ Et dixit Serap.apostematū lingue fiat curatio sicut in squinantia. Et dixit.si apa lingue fuerit melancolicum ouū non fiat flōmia.immo administra medicamē solutiuum scz melancolie. z postea fiat gargarisma cum lacte asine: aut caprarū calido: aut cum aqua mellis decoctionis liquiri.fenugreci z ficuū siccarum. ¶ Et Hal.dixit.si videris corpus repletū decoctionē propina epithimi z reprime cibos colerā nigram generātes z flegma grossum z pasce illum bonis cibis.gargarizet lac asine vel caprarum cū pauco oleo violato z aquā ficuum z fenugreci z oleū lilij super lingua teneat z aquā feniculi. ¶ Et Raſ.3° continē. gargarisma fiat cū lacte z decoctione radicū liquiri. z fenugreci z dactilozū in vino. ¶ Dixit Auí.oportebit vt subtilietur regimen z cibus fiat bonus. Et euacuet humoz cum yeris magnis z assiduet lenificationē ventris cum eis que sunt yere parue z cassiefi. Et administrentur gargarismata subtiliatiua z teneat in ore infusio fenugreci z decoctio ei⁹ cum ficubus. Aut decoctio granoꝝ lauri cum passis mūdificatis. Et lac mulierbre z asinunū z caprinū. Et decoctio dactilozum z ficuū cum vino de vuis passis dulcibus z vino de vuis cū melle cassie. ¶ Dixit Auic.apati molli flātico z etiā apostemati calido in quo est vltimus status eius cōfert vt aduratur radix feniculi z admittat ei scz lingue. ¶ Et etiā dixit Almā.in hmōi apostematibus flāticis z in quibusdā apatibus calidis: in quibus est grossitudo: fiunt caputpurgia cū hoc medicamine. ℞. croci z yerep.aii.partem.j. canfore z muſci.aii.tertiā partem.3.vnius.zuccari tabarzed.3. j.ʒ.z de hoc toto resoluat dauich.i.in lacte puelle z fiat caputpurgiū. ¶ Dixit Hali.14°.terapētice.cap'o quarto. Et adducit hic ab Auí. Apostemata fuit lingua cuiusdā bois apate magno. Et erat sexagenarius. Et nō fuerat cōsuetus flōmia quare non flōmauit eum sed feci eum potare pillulas cochias. Et volui vt lingua eius inuolueret emplastris frigidis. ¶ Sed ipse erat stultus inobediēs medico suo.vidit itaq̄ in visione illa nocte: vt poneret in ore suo succū lactuce qō fecit z sanatus est integre: z fuit cōueniens istud z mirabile. Debet etiā fieri recursus ꝓ cura horū apostematū ad curationē apostematū oris. ¶ Dixit Raſ.3° continen.si in lingua fuerint pustule male gargarisma fit cum aqua sumach z roſ. ¶ Dixit Hal.cū accidit ligue pustula: aut vlceratio sanguinē minue vel ficiā appone ceruici. Et si infans est z ficiā non fert nutrici ficiā adhibe z refice patientē vel infantis nutricē dieta laudabili. Et de ꝓperētib⁹ est saffirus electus sup lingua apata ducta. Amplio⁹ p cura pustulaꝝ z vlcerū lingue fiat recursus ad curā vlcerū z pustularū oris.

Cap.xviij.

¶ De adustione z asperitate lingue.

Vandoq̄ accidit ligue adustio dicit Auí.cā caliditatis in ore stomaci: aut cerebro que nō peruenit ad hoc vt fit febris: aut accidit cā receptionis rerū acutarum: aut salsarū: aut amararū: aut dulcium: q: dulcia cum supercalefiunt cōuertuntur in colerā aut fit ꝓpter sitim vehementer. Et quandoq̄ fit ꝓpter causas maiozes illis. sicut ꝓpter febres acutas z apostemata interiora: z est aliquādo cum limositate viscosa desiccata a calore adherente lingue. z aliquādo absq̄ ea. z signa nota sunt ad sensum.

Et cura

Et cura eius que est absq; limositate est. dixit Pau. q; patiens nō dormiat supinus. ⁊ non teneat os apertum nisi parū. Et debet tenere in ore de pillulis faciendis ad sitim: ⁊ tenere in ore de ossibus prunorum ⁊ iuniperis. aut de zuccaro albo seq; candido. ¶ Et Aui. dixit. cura est vt prohibeat qui de hoc conquerit. ⁊ proprie qui est ex egris seq; febricientibus ne dormiat sup collum. Et vt assidue fiat ossitatione. i. apertione oris: sed tamen in vice parū teneat os apertū. ⁊ assuescat vti administratione pillularuz factarum ex seminib⁹ batheche ⁊ citruli ⁊ cucurbite ⁊ cucumeris ⁊ cendis ⁊ tereniabin. conferunt eñ tenendo eas in ore ⁊ etiā sumendo eas ⁊ teneat in ore nucleos prunorū ⁊ tamarindi ⁊ zuccarū albaiec ⁊ mucillagines notas ⁊ succos infrigidantes ⁊ humectātes. Et de conferentibus est dragagantum ⁊ gūmi arab cum mucillagine psilij ⁊ pelliculā qui valet multū superposita lingue. Quidam curauit adustionē lingue cum multa consumptione dando in potu frequenter brodiū pulle coete cum ordeo contrite ⁊ portulaca viridi: q; de his valde coctis fit brodiū humidissimum de quo paulatim est bibendū. ¶ Si vero fuerit adustio linguē cum limositate. dixit Paulus teneat in ore de acoro nō contrito frequenter quoniā mirabiliter facit ⁊ valet etiam ad hoc oleum nucum. ¶ Dixit Diaſ. menta ad fricandum linguam lenit asperitatē eius. Et sumach mixtū cum melle abstergit. vtilis tamen est succus mente mixtus cum melle illinitus ⁊ fricatus super linguam. ¶ Dixit Aui. conuenit vt super lingua fiat absterſio. si fuerit illic humor viscosus. scilicet donec abijciatur. Et quidā homines sunt qui curāt illam fricando cum mēta. deinde inungatur ⁊ colluatur os cum oleis ⁊ mucillaginibus ⁊ succis ⁊ adipe volatilium. ¶ Et dixit Paulus. si limositas lingue fuerit cū ponderositate eius expertum est accipere mane ⁊ sero ad modum nucis de zinzib. ⁊ acoro contritis ⁊ confectis cum melle ⁊ fricare linguam cum eis. ¶ Dixit Aui. asperitatē lingue dulcē ⁊ vnctuosum dilatant ⁊ leniūt faciendo currere illud qō frigus congelauit absq; resolutione. verum vnctuosum facit illud sine caliditate supple ⁊ dulce cum caliditate. ¶ Dixit Galie. super secundo regiminis acutorum ptisana iuuat in ea est malitie rerum asperarum: quoniam in ea cum viscositate sua est lenitas resistens asperitati ⁊ est absterſiua. vtile est asperitati lingue ⁊ contractioni eius prohibenti deglutionem in febribus acutis vel cronicis cum scisſuris in lingua vel sine: vt fiat collutio frequēs facta. primo cum aqua ordei excoriati ab vtroq; cortice. prima aqua decoctionis proiecta. Et postea addita alia aqua cum radicibus liquiritie. Rasis compleat decoctio. Et post collutionem oris cum ea inungatur lingua palatum ⁊ gula cum oleo violato. in quo dissoluta sit mucilago dragaganti ⁊ postea fiat inunctio cum oleo viol. ⁊ butyro recentis mixtum.

¶ De fissuris lingue ⁊ oris. Cap. xix.

Dixit Meſ. ad fisuras que fiunt in lingua ⁊ ore conferunt retentio in ore mucillaginis psilij cum zuccaro ⁊ masticatio portulace cum aceto. Et retentio albuminis ouj recentis conquassati cū oleo ros. vice vna ⁊ vice alia tamarindorum infusorum in aqua rosata ⁊ confert retentio maran in ore: cuius pmixtio hec est. ℞. mucillaginis psilij ⁊ mucillaginis dragaganti ⁊ gummi arab. ana partes equales. sirupi violati partes duas tamarindorū partes certias seminis portula. assi partem mediam spodij partis vnius tertiam. canfore partis vnius octauam. terantur contritione vltima vsq; dum fiant maran. id est sicut vnguentum. Et liniat ex eo super fisuras cum hora precedente collutione facta ex aqua ros. ⁊ aceto. Aut acetositate citri ⁊ aqua ros. ¶ Aliud conferens etiā pustulis oris ⁊ palati. ℞. seminis portulace seminis ros. amidi. zuccari tabarzed spodij croci balaust. ros. ⁊ dragaganti tere ⁊ confice cū sirupo rosa. aut viola. ⁊ inunge. confert enim corporibus tenuibus ⁊ teneris. Et masticatio solius portula. cum aceto est vtilis. Et epatica herba contusa mixta cum melle. Et similiter cerebrum anseris illinitum. ¶ Et de vtilibus est: vt fiat decoctio ordei passularū liquiri. ⁊ seminis psilij donec ad ipissitudinem deueniant. Et cū eis fiat collutio. Et postea teneatur in ore succus portulace cuz zuccaro. ¶ Et postquā sic pluries factum fuerit teneatur in ore electuariū quod sic fit. ℞. mucillaginis psilij dragagāti ⁊ gūmi arab. aā. partem. i. sirupi viola. partes duas tamarindorum seminis portul. affran. partem. i. spondij. partis vnius tertiā. canfore partes vnius octauā. terant̄ contritione vltima ⁊ bene misceantur. ¶ Dixit Auic. Cura earum est vt teneantur in ore mucillago psilij ⁊ tran̄ glutiat eam ⁊ sumat capita ⁊ pedes ⁊ oua sorbilia mollia in aq̄ cocta. Et ex exptis in eis est butirū recens. ¶ Et ex eis est fructū cucumeris ⁊ lebesten.

¶ De iectione lingue extra os. Cap. xx.

Iectio lingue dicitur quando extra os ejicitur. ⁊ extra ipsum tenetur sicut canes faciunt. ¶ Dixit Raſ. in diuisionibus fit ex multitudine humiditatum que imbibunt eam. Et quandoq; fit dixit Auic. propter apostema eius magna: ⁊ quādoq; fit a pre focationibus. deijcit eñ tunc natura: aut voluntas linguā foras vt aperiatur meatus anhelitus. Et quandoq; fit ex vē tositate vaporosa implente ⁊ inflante ipsam. ⁊ differētia inter apostema flegmaticum molle ⁊ inflationem ex ventositate predicta est: q; inflatio ventosa non flectitur cum premitur super ipsam digito. Sed apostema flegmaticum flectitur ⁊ cedit.

Et cura dicta est supra in magnitudine lingue. ¶ Dixit Raſ. tertio cōtinentis. si lingua egressa fuerit os: ⁊ longa fiat ⁊ grossa ex rebus lassatiuis purgandus erit patiens: deinde. ℞. piper ⁊ zinziber ⁊ cinamomū ⁊ salgemmam ⁊ terantur. Et cum eis fricetur lingua bene: aut fricetur cum fructibus acidis sicut cum persicis incisis cū cultello: quia dissoluentur humiditates flegmatice ⁊ sic diminuetur lingua ⁊ ingredietur.

¶ De nocumentis loquele. Cap. xxj.

Nocumentum loquele aliquādo est deperditio eiꝰ ita q; loqui non potest patiens: ⁊ aliquādo est diminutio eius. Et hoc aut quia tardat puer loqui vltra tempus debitum: aut quia patiens parū loquitur ⁊ nō potest tolerare loqui nisi paruo tempore. aut quia non potest exaltare vocem neq; cantare: aut vociferare. Et aliquādo est corruptio eius ⁊ balbuties. ¶ Dixit Auic. iam diximus supra de impedimento loquele in capitulo mollificationis lingue que oportuit ibi dicere: ad quod capitulum oportet recurrere.

De causis

Nunc autem in hoc capitulo dicamus q; cause ⁊ alia impedimenta locutionis quandoq; fiunt ex impedimento in cerebro: ⁊ in partibus nerui venientis ad linguam ⁊ mouentis eam quandoq; in origine ipsius nerui ⁊ quandoq; in ramo ipsius qui proprie est neruus lingue: ⁊ quandoq; fit in lacerto ipso mouente linguam: aut nocumentum est in ipsa lingua ex mollificatiōe spasmo apostemate vel alijs supradictis. ⁊ quandoq; accidit vitio stomaci ⁊ aliquando vitio cordis: vt in sincopi. et aliquando vitio matricis: vt in suffocatione eius. Et habet aliquando causas primitiuas ex percussiōe vel casu. aut ex ebrietate. dixit Ypoc. in affo. si inebriatus quis repente sine voce fiat. Et Rabi. dixit. in 20ª particula q; multa comestio nucum prouocat verborum retentionem ⁊ inde indecēs est q; pueri comedant aliquid ex eis. ¶ Dixit Auic. alchoel. i. impedimentum loquele in quo cum aliquis post inceptionem sermonis impeditur in proferendo sermonem multo/

tiens vel impeditur ante inceptionem. aut est spasmus. aut thetanus aut durities aut mollificatio aut abbreuiatio linguę ligamenti: aut nodatio a plaga consolidata: aut apostema durum: ꝛ quandoq; fit illud a siccitate ꝛ quãdoq; fit ab humiditate: ꝛ est ꝑm plurimum. ꝛ dixit Aui. quandoq; fit nocumentum in loquela ex parte apostematis aut vlcerum accidentium in lingua: aut partibus eius: ꝛ quandoq; accidit post sirsen propter expulsionẽ superfluitatis ex cerebro ad neruos. ꝛ in febribus acutis fit propter exiccationem earum. Et quandoq; est lingua in hoc detumefacta spasmata ꝛ est rarissimum: ꝛ dixit hoc est ex nocumentis accidentibus ab origine: ꝛ quandoq; fit nocumentuꝫ in locutione propter causam lacertorũ epiglotis cum sunt extensi. i. tethanati ꝛ pro vel mollificati. ¶ Dixit Halie. quarto de interioribus ꝛ scribitur tertio cõtinentis sic. loquela deficit. aut corrumpitur ex breui ligatione linguę: aut eo quod nerus eius est mollis non adherens neq; circũferens per omnes partes oris: aut eo quod lingua est breuis: aut eo quod dentes anteriores deficiunt: aut eo quod opilate sint nares aut palatũ aut ex breuitate labij aut incisione eius. ¶ Dixit iudeus. ꝯ fasa est ex humiditate in radice linguę. ¶ Dicũt ꝯ fasa ꝛ caras est impedimentũ loquele quando quis non potest loqui cum vult nisi multotiens moueat linguã ꝛ os: ꝛ quandoq; impedimentum fit eis. dixit Judeus: ꝛ cõstringitur anhelitus calefit ꝛ liberatur lingua: ꝛ dixit nõ est mulier fasa faciens neq; barbatus balbus: ꝛ dixit muti habẽt linguam grossam: ꝛ ideo non circunferuntur linguę in ore ipsorum: ꝛ si lingua grossa fuerit debilitaꝫ materia ex qua fit auris ꝛ neruus eius: ꝛ ideo fit surditas: ꝛ dixit. ꝯ lingua bona est temperate longitudinis latitudinis acute extremitatis: vt lingua auis: ꝛ dixit. ꝯ grossities linguę non manifestatur syllaba in loquella: eo quod non circunfertur lingua bene: ꝛ inde fit balbuties in rebus ꝛ ex latitudine nimia erit balbuties inchath. ꝛ ex paruitate linguę erit balbuties in elch. ꝛ ideo non possunt manifestare syllabam: sicut faciunt infantes in elch ex breuitate linguę ipsorum: tamen quando crescunt perficiunt ꝛ deficit balbuties eorum: ꝛ dixit. inhibitio loquele fit in febribus acutis ex siccitate musculi ꝛ spasmo eius. ¶ Dixit Aui. homini quãdoq; est difficilis vociferatio in principio rei qui laborat in mouendo lacertos pectoris sui: ꝛ epiglotis suetita quod non tolerant laborem ipsum lacerti illi: quare fiunt inobedientes: cum ergo spirat in initio dictiõis vel sermonis currit post illud: ꝛ oportet vt huiusmodi homo preparet se ad loquendum cum inspiratione magna ꝛ motu pectoris magno: immo festinet in ipsa velociter: quoniam cum ipse assuescit facilitatem in ipsa: quoniam consuetudo mouendi aliquod membrum facilitat ꝛ forte efficit membrũ ipsum in ipso motu.

Dixit Auicẽ de curatiam dicte sunt omniũ modorum impedimenti loquele curatiões in capitulis suis supra. Dixit Judeus. quãdo post frenesim remanet ponderositas linguę flobotomande sunt due vene sub ea: ꝛ humectãdum est cerebrum cum impositione olei nenufaris super caput ꝛ in nare ꝛ similium. ¶ Et Auic. dixit. in facto a sirsen confert quandoq; flobotomia duarum venarum que sunt sub lingua. ¶ Dixit Hal. si causa percussionis: aut collusionis fuerit impedimẽtum loquele ꝛ si ruptus fuerit neruus qui ad linguam venit difficulter: aut omnino non curatur. Et si causa spasmi erit intuere vtrũ spasmus hec causa siccitatis sit: quoniam si sic tarde curationis erit. Curetur tamen cum gargarismo lactis mulieris cui est filia ꝛ oleo viola. aut amigd. aut de cucurbita ꝛ spondiles. scilicet colli emplastriza. Emplastro humectanti: aut cum adipe galline aut ouis cauda: aut porcorum assungia nõ salita: ꝛ si pinguedines has cum oleo miscueris viol. vel nenufarino: ꝛ seminis citoniorum spuma admixtis viol. ꝛ nenufaris floribus diligẽter tritis confert: instillaq; aquã in qua viol. coxeris ꝛ nenufar ꝛ ordeum tonsum sup ꝛ capitis pulpim ꝛ ptisanam propina patienti ac lac asine vel caprarum. ¶ Si vero spasmus ex repletione fuerit ꝛ humiditate vel fuerit grauitas quam ad linguam venit ex humore flegmatico grosso qui cerebro dominatur: aut illi parti a qua dictus nervus oritur tunc euacuatio illius humoris cura erit medicinis flegma illud purgantibus induc abstinentiaꝫ ꝛ regimen prohibet infrigidans ꝛ humectans: sed rege eum reginimibus calefacientib⁹ ꝛ desiccantibus ꝛ gargarismis vtere in paralysi dictis. Et linguã cum yerap. frica ꝛ linapi ꝛ piretro tritis diligenter. ꝛ colo superpone emplastrũ calefaciens ꝛ desiccans. ¶ Dicunt quidam. ad eos qui subito priuantur loquela distempera gummi edere cũ melle ꝛ super linguam pone ꝛ statim loquetur: aut radices bugloſe bullire fac in vino bono: ꝛ teneat ipsum in ore: qꝫ loquelã restaurat. Aut succum origani auribus impone. Et piretrũ aut castoreum ori immitte: quia post paululum loquetur. Aut da in potu. ʒ. ß. seminis basiliconis optime triti cũ pauco vino: qꝫ in omni egritudine loquelam redire facit. ¶ Et si quis sincopizauerit pone folia edere infusa in optimo vino super linguam ꝛ statim loquetur. Item pulegiũ in aceto mitte: ꝛ postea in pannp liga ꝛ pone sub naso frica palatum ꝛ gingiuas cum optima tyriaca bene fermentata aperiatur os patientis ꝛ detur decoctio ruthe ad sorbendũ: qꝫ mirabiliter est vtile. ¶ Si amissio vocis fiat a catarro prefocatiuo ponatur super cõmissura capitis ventosa cũ multo igne quia subito mirabiliter catarrum releuat. Si quis loquelam amiserit ꝛ sternutat adhibito sternutatorio ꝛ locutus fuerit bonum est signum: si vero non fuge ab eo.

¶ De apostematibus ꝛ pustulis labiorum. Cap. xxij.

Labijs accidunt. dixit Aui. male complexiones pure ꝛ cũ materia. Et precipue mala complexio sicca: ꝛ solutio continuitatis ꝛ apostemata calida ꝛ frigida ꝛ oriuntur in eis quandoq; emorroyde. Et ex accidentibus accidit eis tremor: precipue labio inferiori. Et mala quidez complexio in labijs accidit: sicut ꝛ in alijs mẽbris ꝛ eisdẽ causis intrinsecis ꝛ extrinsecis ꝛ eisdẽ signis cognoscunt ꝛ eisdem curent medicinis: ꝛ accidit eis apa ꝛ calidum ꝛ frigidũ: ꝛ silr accidunt in eis pustule ꝛ bothor raro tñ accidit in eis apa vẽtosuꝫ ꝛ qõcũq; eor accidit in eis eisdẽ modis ꝛ causis: qbus ẽt in alijs accidit mẽbris.

Et signa generis nota sunt ad sensum ꝛ ipsorũ vnum quodq; cognoscendum est ꝑm suã speciem signis propijs multotiens in precedentibus habitis.

Et de curatione eorũ dixit. A. oportet vt incipiat in eis cum eũone humoris dñantis: ꝛ deinde administrent medicine locales ille. s. que dicent in curatione apatum gingiuarũ: sed sint aliquã tulum fortiores: si super pustulas labiorum ponat superficies exterior folioꝝ grassule maioris aut portulace aut seminiue ꝛfert. ¶ Dixit Hal. i pustulis labioꝝ cefalicã flõmia ꝓpina decoctionẽ mirab. ꝛ cũ vnguẽto ceruse cataplasma: aut cũ litargiro ꝛ galla tritis diligent cũ cera ꝛ oleoroß. liq factis ꝛ aloes lotũ cũ aq̃ cõfert pustulis labioꝝ ꝛ litargirũ solũ cũ oleoroß. ꝛ oleũ viol. cũ cera ꝓuenit pustulis labiorũ siccis. ¶ Et ad pustulas humidas eoꝝ vtile est hoc vnguẽtum. ℞. ceruse. ʒ. x. cere. ʒ. iij. litargiri cathimie argẽti mastcis. aã. ʒ. ij. ꝛ. ß. oleũ ros. q̃ꝫtũ sufficit. ¶ Grossities labiorũ subtiliaꝫ si melle aut succo celidonie inũgant. farina q̃ꝫ cicerũ cũ melle mixta cataplasmata ꝛfert apatib⁹ labioꝝ duris.

¶ De fissuris labiorum. Cap. xxiij.

Fissura labiorum quãdoq; accidit labio superiori ꝛ quandoq; inferiori et quandoq; in ambobus. ¶ Dixit Meſ. quandoq; in labio superiori fit fissura cum communitate narium. Et fit propter catarrum aut corizam

ritam solitū fuere ad partes illas: quare turget nasus ⁊ labium cum vestigijs rubedinis interdū. Et interdū cum bo/ ⁊ interdū cū crustis ⁊ scissuris ⁊ asperitate. dixit Aui. fissure labiorum fiunt aliquando sequentes corizam.

Et cura eius dixit Mes. est tres res: prima est evacua/ tio ab humoribus qui superabundare viden tur scda est diuersio materie cum flobothomia si peccatum est in sanguine ⁊ cum alijs diuertentibus. Et tertia est ade/ quatio loci ⁊ correctio nocumētorum: que accidunt in ipso cum his que dicta sunt in vlceribus narium. ¶ Et Aui. di xit. fissure labiorum fiunt aliquando sequentes corizam ⁊ curantur cum curatione corporis totius ⁊ capitis ⁊ rectifi/ catione regiminis ⁊ administratione medicaminum lenifi/ cantium cuz debilitate ⁊ dixit: aliquando fiunt fissure vitio stomaci ⁊ cōfert mundificatio stomaci cum manna cassiafi. viol. ⁊ similibus: ⁊ potatio multa aque decoctionis ordei ⁊ cucurbite ⁊ similiū: ⁊ linire exterius stomacum in hora dor miendi cum oleo viol. quoniam confert multum ⁊ exhibe regimen humectatiuum. ¶ Dixit Mesue. quandoq; fit in labio superiori vel inferiori absq; communitate aliarū par tium: ⁊ proprie per cōtractionē accidentē musculo trāsuer/ sali ipsius labij: quare accidit ei vt incidatur labium scissio ne profundante ⁊ multiplicatur ad multiplicationē horee. ⁊ cura eius est cum vnguento de ceruſa: aut cum oleo ros. ⁊ ceruſa. ¶ Unguentū ex inuentione nostra est. dixit Me/ sue. ℞. Gallarum ceruse. aū. part. vnam. amidi dragaganti. aū. part. ſ. confice cū adipe galline ⁊ vtere: ⁊ dixit. ℞. gūmi albotin mellis masticis ⁊ ysopi humide. aū. cōfice ⁊ vtere. ¶ Dixit Diaſ. ℞. gallam ⁊ pulueriza: sicut alcohol ⁊ misce cum melle aut cum terbētina ⁊ adipe galline: aut anatis aut cum terbentina mastice ⁊ ysopo humida. ¶ Dixit Aui. ex regimine iuuāte in ipsa est inunctio suminis ⁊ ani. ſ. que fit ex eis: de quibus fiunt curationes fissurarum illorum loco rum ⁊ vt liniatur super eas butyrū recens ⁊ ponatur super frustum cucumeris super illud: ⁊ ex eis est aqua sebesten ⁊ aqua ordei ⁊ mucillago psilij: ⁊ dixit. ex pinguedinibus cō uenientibus sunt butyrum ⁊ medulle ⁊ adipes vitulorum ⁊ anserum cum melle: aut oleum albabac alcadra: aut oleū ros. in quo sunt albumen oui ⁊ farina: ⁊ proprie farina ozo bi: ⁊ cerotum. ſ. ex oleo rosato ⁊ cera ⁊ proprie cuz ponitur in ipso merdalengi: ⁊ ex expertis: dixit ipe: est qō. ℞. gallas contritas cū ceruſa plumbi ⁊ amidum ⁊ dragagantum cuz adipe galline ⁊ mastix ⁊ viscus albotin ⁊ ysopus. ſ. humi/ da ⁊ mel cum fit ex eis vnguentum. ¶ Dixit Hal. ſi fissura ficca fuerit multe profunditatis vngatur cuz adipe anseris aut anatis adipe in cera liquefacto: aut ros. siccis tritis ad/ mixto modico dragaganto valet radix polipodij trita ⁊ cuz melle mixta superposita. ¶ Plato dixit. puluis radicuz por tulace mixtus cum melle superpositus sanat oēs fissuras in quacunq; parte corporis fuerint: ⁊ fissura accidens a frigo/ re ⁊ vento sanatur cum humectantibus vt mucillagine dra gaganti ⁊ gummi cerasorum: ⁊ si fuerit frigiditas vnge cuz melle ros. aut mastice dissoluto ⁊ cuz albumine oui mixto. ¶ Dixit Halyab. amidū ⁊ penidie dissoluta in aqua ros. sa nant vlcera labiorū accidentia conualescentibus ex acuita/ te febris. ¶ Unguentum sanās omnes fissuras in quacūq; parte corporis: ⁊ etiam rapas equorum. ℞. cere citrine adi/ pis anatis ysopi humide olei ros. aū. part. i. dragagāti ami di mucillaginis seminis citoniorum. aū. part. ſ. gallarum ci neris pilorum caude equi furfuris combusti plumbi vsti. aū. part. i. ⁊. ſ. terenda terantur ⁊ cum alijs fiat vnguentum de quo fissura vngatur: ⁊ super aspergat puluis q sic fit. ℞. masticis gallarum cineris pilorum caude equi plumbi vsti ppli ⁊ ceruse plumbi dragaganti: ⁊ corticum thuris. aū. pt. equales. infundantur per diem ⁊ noctem in vino odorifero ⁊ postea exiccentur super lamina ferrea: ⁊ postea subtilissi/ me terantur. ¶ Unguētum aliud qō dicitur sanare fixuras labiorum mamillarum ⁊ manuum ⁊ vbicunq; in corpore fuerit in tribus vicibus. ℞. litargiri argenti myrrhe ⁊ zin/ zibe. aū. partes equales verum in corporibus puerorum ⁊ teneris minuatur zinzib. Et cū cera virgine ⁊ olei sufficiē/ tibus ad incorporationem ipsorum bona fiat incorporatio addendo parum mellis mollificetur prius fissura bene cuz saliua patientis: ⁊ postea superponatur vnguentum exten/ sum super petia: ita q; contineat totā fissuraz intus ⁊ extra. ¶ Dicunt quidam: ad fissuram labiorum ducatur inferius labium supra dentes ⁊ dentes extra premantur ⁊ tunc con sideretur fundamentuz situle: vbi. ſ. terminetur durities hu miditas siue dolor: ⁊ ibi fiat fricatio cum digitis mediante aliqua re: ita vt vlceretur: q; sic eius radix mortificabit: po/ stea: nucleū nucis rancide ⁊ oleū q; inde manauerit bis vel ter in die super situlam pone: q; mirifice sanat q; sic p me/ dicinas situla non curetur necessarium est: vt cū filo argen/ teo ignito cauterizetur: deinde curetur sicut oportet.

¶ De vlceribus ⁊ emorroydibus labiorū. Cap. xxiiij.

Ulnera ⁊ vlcera accidunt labijs: sicut ⁊ alijs eueniūt membris: ⁊ opz in curatione vulneruz eoz diligēter operari sum mo opere cauendo pro posse ne post curationē remaneat os tortuosum loquēdo vel nō loquē do. Et vlcera quidē eorū. dixit Aui. curant cū medicinis stipticis: sicut cū mirab. ⁊ litio ⁊ semine ros. nu/ ce cypressi ⁊ radicibus vitis. Et q̄nq; ponunt in eis sebede negi ⁊ vngule caprine aduste ⁊ capilli aduſti ⁊ fum? aggre/ gatus ⁊ vsnen. Et olea que administrantur in eis sunt oleū de crisomillis ⁊ oleū de nuce indica. ℞. litargirū ⁊ cōtere: ⁊ infunde in aqua ros. ⁊ ex hoc toto cū pēna illine vlcera la/ bioz ⁊ pustulas: ⁊ in summa curant cura vlcerū oris cura vlcerū ani. ¶ Emorroydarū quoq; q̄ labijs accidunt: dixit Hal. cura est cefalice apertio aut quatuor que sunt in labijs venarū. Et amputatio eaz cū minuta incisiōe aut sitiā appo ne ⁊ emorroydas incide: deinde rasam siccam ⁊ sarcocollaz ⁊ zafaranū superpone: q; valde vtile est. ¶ Dixit Aui. cura earū est administratione squāme ferri ⁊ merdasengi. Aut croci ⁊ aluminis ꝑm partes equales cū fit ex eis vnguentū cum cera ⁊ oleo nucis indice ⁊ oleo rosato.

¶ De tremore labij. Cap. xxv.

Tremor proprie accidit labio inferiori. dixit. A. preter superi?: ⁊ Ari. 36. probleumatū. probleumate. 7. quesiuit pp qd labia: q̄nq; maxime titillantur. dixit aūt q̄nq; q nō semper hoc contingit eis: sed cū fuerint dispositi pati: qō accidit maxime cum humor fuerit in stomaco: precipue mordicatiuus: cōtingit ēt q̄nq; propter iram aut timorē vehemētez ⁊ ventositatē: ⁊ solues dixit cām esse: q; id in quo percipitur titillatio nō est faciei inquantum ipsa sentit: ſz magis in eo q; mouetur: q; labia maxime titillantur cum sint in parte faciei ꝑm q̄z ipsa: maxi me est mobilis: ⁊ merito accidit hoc labijs: q; ipsa sunt ab/ scisa dependentia: ⁊ maxime labium inferius: ⁊ ideo labia inter oia loca seu mēbra que sunt in facie titillant: sunt. n. sufficienter carnosa: neq; dura sunt: neq; mollia: ⁊ per cōse/ quens titillabilia. ¶ Dixit Aui. plurimum accidit cū cōita te oris stomaci: ⁊ proprie q̄n in eo est nausea ⁊ mouet quasi ad expellendum aliquid cū vomitu: ⁊ precipue in egritudi nibus acutis ⁊ oris crisis: ⁊ q̄nq; accidit cum cōitate neruo rum venientium ad labia ex cerebro cum cōitate quam cere brum habet cum eis: ⁊ in hoc tam tremor cōicatur ambo/ bus labijs: in primo vero solum inferiori: cuius pānicul⁹ interior est continuus cum panniculo oris stomaci: ⁊ ideo sibi communicat ⁊ cura primi est cuz vomitu illius rei que in stomaco continetur: sedatur enim statim illa re euomita: ⁊ cura scōi est cura tremoris dicta supra approximando me dicinas illas cerebro nuce ⁊ labijs ꝛc.

Propter q̄d labia q̄nq; maxime titillantur.

¶De apostematibus gingiuarum ⁊ inflatione ⁊ grossitie ⁊ sanguinolentia earum. Cap.xxvi.



Gingiue accidere pñt egritudines oium modoꝝ:qꝛ.ſ.mala complexio mala cõpoſitio vnitatis ſolutio ⁊ apoſtema:⁊ apoſtemata quidem gingiue accidunt cal'a ſanguinea ⁊ colerica:⁊ frigida flegmatica ⁊ melãcolica. Et ꝑm plurimuꝝ accidunt ei cã materie deſcendentis ad ipſam ex capite:⁊ qñq accidunt cũ cõitate ſtomaci ex vaporibus eleuatis ab eo ad gingiuam ⁊ remanentibus in ea:⁊ aliqñ licet raro ex humoꝛib⁹ q euacuant in vomitu:⁊ accidit vt pars eoꝝ adhereat gingiue ⁊ imbibatur in ea ⁊ apoſtemetur. ¶Dixit Serap. loquẽs de dolore ⁊ apoſtemate calido gingiue qñq deſcendit ex capite aut eleuatur ex ſtomaco materia acuta.ſup.⁊ qñq frigida: ⁊ ſunt ex eis. ¶Dixit Auí.aliqua manifeſta ⁊ recẽtia que ſunt velocia ad recipiendũ curam:⁊ ſunt ex eis ꝓfunda.ſ. occulta ⁊ non recentie:⁊ ſunt ad recipiendũ curam tarde:⁊ dixit:qñq cum febꝛe.ſup.⁊ qñq ſine febꝛe.

Et ſignificatur dixit ipſe genus materie faciẽtis apoſtema per colorem:qꝛ colꝛ rubeus ſignificat ſanguinem:citrinus coleram:albus vel li uidus flegma:⁊ fuſcus melancoliam : ⁊ ſignificatur per tactum:qꝛ ſi digitus tangentis inuenit caliditatem ſignificat materiam calidam:⁊ ſi frigiditatez:frigidã:ẽt aliqñ inuenit apoſtema exiſtens in gingiua ꝓprie in ꝑte eius que eſt intra dentes ad qz non põt peruenire viſus.

Cura calidi apostis. Cura apoſtematum gingiuarum. Dixit Auí.eſt euacuatio.ſ.qz̃tum ad colericum cũ euacuãtibus colerã: ⁊ flobotomia ſi materia eſt ſanguinea:vel eſt colerica mixta ſanguini:⁊ ꝑprie flobotomia alicrichechich ⁊ eſt locus circa quem oꝛitur barba : et premiſſa euacuatione.dixit.cura ipſum dum eſt in principio cũ collutiõibus oꝛis infrigidãtibus:in quibus ſit ſiccitas:ſicut eſt aqua roſ.lac acetoſum aqua myrti ⁊ aqua foliorum frigidorum ſtipticorum decoctio baluſt.aqua arnogloſe:⁊ ſiñia:que ſunt frigida ſtiptica ad repellendum materiam:deinde poſt illud.ſ.poſt principium.dixit Auí.fiat collutio oꝛis cũ oleo onfancino ⁊ maſticino ⁊ myrtino.ſ.mixtis:qꝛ cõferunt in principio augmẽti:aut cũ oleo in quo bullita ſit ſpica ⁊ roſe ⁊ maſtix:⁊ hoc conuenit in proceſſu augmẽti:aut cũ oleo in quo bullierint maſtix ⁊ roſe ſicce:⁊ oleum arboꝛis maſticis proprietatem habet vehementem in ſedando dolores gingiue : ⁊ proprie qõ eſt recens:reſiſtit enim ⁊ nõ exaſperat:⁊ hoc oleum:licet omni tpe conueniat apoſtematibus cuz ſua proprietate:cũ ſua tñ cõplexione magis conuenit in ſtatu. Et dixit Auí.q maius iuuamentũ eius eſt in diſpoſitiõe doloꝛis.ſ.qui proꝛuenit ex apoſtemate. Et ſunt verba Hal'.ſicut ſcribit ʒ⁰ ẏti. ¶Dixit Hal'.ſi doloꝛ accidit gingiue ex apoſtemate accidẽte in ea:oleum arboꝛis maſticis tepefactum temperate ⁊ in oꝛe retentum nimis valet dum fuerit nouum:⁊ valet ẽt ad dolores accidentes in capacitate oꝛis ex apoſtematib⁹:que nõ ſunt reſtringenda neq; prohibenda ne accidat aſperitas per ſtiptica ei:eo q ipſum oleum diſſoluit leuiter abſq; pũctione. Deinde dixit Auí.poſtea adminiſtretur illud qõ ſit ſicut fructus al'as:⁊ melius:ſicut ſuccus yreos humide.i.recẽtis:⁊ hoc cõfert in ſtatu ⁊ declinatiõe:facit.n.currere ſanguinẽ.ſ.trãſire in vaporem:⁊ facit quieſcere.ſ.a doloꝛe:aut fex vini aut ſuccus ruthe. ¶Dixit aũt aut ſuccus foliorum oliue:iſtud tñ melius vꝫ cõpetere in augmẽto aut in principio apoſtematis frigidi. ¶Si aũt apoſtema gingiuarũ nõ reſoluitur:ſed collectionez facit iuuetur ipſius ſaniatio. Et facta ſanie ſi per ſe nõ aperitur aperiendũ eſt cũ flobotomo. De eo tñ qõ profundũ eſt ⁊ calidũ dixit Auí.ſi nõ reſoluit cũ medicinis:immo fit puruleñtũ. Et dicũt quidã q ꝑm plurimũ fit fiſtuloſum:tũc eget cura manuali.ſ.vt aperiat cuz ferro. Et obhoc ſubdit q qñq ꝓuenit.i.ꝓducit ad creandũ carnem nouam in loco aperitiõis pp deperditionẽ eius. Et ſubdit cũ puruleñtũ fit:ideſt cũ fit vlcus putridũ adminiſtra ſupra ipm florem eris ⁊ gallas ⁊ corticem eris contrituz cũ aceto aliquibus diebus. Et ſoꝛie.i. vitriolum rubeũ adustũ ⁊ gallas ⁊ rege ipſuz cura vlcerũ gingiue que dicet. Et ſubdit:cũ gingiua nõ ceſſat ſuppurari:⁊ apponat ⁊ non ſanat indiget cauterio. Et tunc melius eſt vt ſumat oleũ feruens cũ lana inuoluta ſuper extremitatem tente. Et ducatur ſup partem illã gingiue ⁊ totiẽs fiat donec detumeſcat gingiua ⁊ ꝺſtringatur. ¶De cura apoſtematis flegmatici.dixit.A. ſi fuerit ex humiditate ſuperflua.ſ.flegmatica opz in principio vt colluatur os cũ oleis calidis ⁊ melle. Aut oleo de oliuis cũ rob:deinde.ſ.poſt principiũ adminiſtrentur reſoluti ua fortia.ſ.incipiendo a debilioꝛibus iſta ſunt dicta ſupra multotiens. ¶Dixit Hal'. Hingiuis ſi vlcera appareãt aut apoſtemata ſanguinemq; ab ipſis fluere videris cefalicam minue ⁊ ſiccias applica:⁊ ſi paſſio diptarnoꝝ ſit vẽas duas que ſunt ſub lingua flobotoma ⁊ corpus ſolue. Et ſcias q oleum onfancinum confert apoſtemati calido tepidum collutum:ipm aũt in quo bullierint blacce biſantie collutum calidum qz̃tum tolerari põt cõfert apoſtemati frigido:⁊ butyrum conuenit apoſtemati gingiuarum in pueris. Et dixit Cõſtan.zuccarum roſ.cuz vino vel aceto ꝑm exigentiã bullitum ⁊ collutum ſedat doloꝛẽ gingiuarum. ¶Et dixit.A. cornu cerui vſtuz ſedat doloꝛẽ gingiue inflate:⁊ ſiꝛ ſuccus fructus vel foliorũ rubi. ¶Et dixit Raſ.ʒ⁰ cõti.ſuccus fruct⁹ celſi ⁊ ſapa eius valet doloꝛi gingiue:eo q reſtringit moderate : ⁊ butyrum coctum maturat oia apoſtemata in oꝛe pp que ceſſabit manatio eoꝝ ⁊ doloꝛ mitigabit. ¶Et gingiue quidem aliqñ intumeſcunt ⁊ ingroſſant pre humiditatibus ad eas fluentibus:⁊ ad ſubtiliandum ⁊ exiccandũ eas:⁊ cõfert ad hoc vt ſumatur ouum galline ⁊ eijciatur ex eo albumen ⁊ vitellus in eo relinquatur ⁊ impleatur ſupra vitellum ſale paulatim ponendo de eo:⁊ bene cum vitello miſcendo vt liqueſiat ſal:⁊ ſic repletum ouum obturetur ⁊ comburatur:ita q in cinerem redigatur ex illo cinere frica gingiuas:valet etiaz fricatio earum cum ſaliua. ¶Et dixit Raſ.ʒ⁰ cõti.ſi gingiua fuerit declinans ad citrinitatem ⁊ caliditatem inſiſtenduz cũ medicamine frigido facto ex galla ⁊ fructu tamariſci roſ.⁊ balauſt.⁊ ſimilibus:⁊ ſi declinãs fuerit ad frigiditatem ⁊ albedinẽ. ℞.cineris mentaſtri mõtani ⁊ ſiluestris.aã.part.x.baccarũ ariſti.i.iuniperi.pt.vii. foliorum cypreſſi ſauine ⁊ yreos.aã.part.v.myrrhe.par.iii. nardi.part.iiij.piretri cinamoni caſſiel'.aã.part.ij.ſalis gẽme.pt.ij.maſticis.pt.iij.diſtemperenf cum melle ⁊ vtanf:⁊ poſtea puluis eoꝝ apponaf:gingiua ẽt aliqñ multuz rubet ⁊ ſanguine impletur ⁊ confert.dixit Auí.ſcarificatio ⁊ ſanguinis extractio. Et deinde collutio oꝛis ex ſtipticis:⁊ confert alumen extinctum in aceto cũ duplo ipſius de ſale ⁊ cũ ſurie tñ qz̃tum eſt ipſum ⁊ medietas eius ſparſuz ſupra eã ſcilicet gingiuam.⁊ dixit.vtatur cathata ſalita vſq; quo fiãt ſicut carbo:⁊ ſumatur ex cinere eoꝛũ pars.i.⁊ ex roſ.ſiccis part.ij.aut ℞.myrti ⁊ lentiũ vſtoꝛuz.aã.partẽ.i.ſumach:⁊ vitrioli.aã.pt.ij.floꝛũ ſquinanti.pt.iij.cõmiſceanf ⁊ adminiſtrenf. Et rurſum aliqñ ex gingiuis fluit ſanguis:⁊ ad eũ reſtringendum.dixit Hal.℞.roſ.⁊ ſeminis earũ ⁊ ſumach partes equales:⁊ in aqua roſ.coque ⁊ cola ⁊ admiſce parũ aque paſtoꝛis ⁊ arnogloſe ⁊ ſugatur ideſt colluatur os cuz eis:qñ ſanguinem amputant ⁊ puſtulis proſunt ⁊ apoſtemati calido qõ gingiuis innaſcitur.

¶De vlceribꝰ fiſſuris ⁊ excoꝛiatiõe giginarũ. Cap.xxvij.



Vlcera accidũt gingiue:ſicut ⁊ alijs membꝛis aut poſt plagam que ſaniaf: aut ꝓpter dubellet qõ eſt ruptum:aut pp humoꝛes coꝛroſiuos deriuatos ad ipſam. Et ſunt ex eis.dixit.A.quedam pura.i.que neq; ſunt putrida neq; coꝛroſiua:⁊ qdã fiunt incipientia

coꝛrodi

medi ꝛ fiunt vlcera corrosiua: ꝛ qñq; fiunt fistule: ꝛ signa medicinaliꝫ ſpecierum eorum nota ſunt per ſenſum.

